NOTÆ IN NOTAS ADJECTAS DECRETO LEGATI À LATERE TOURNONII

Edito Nankini 7. Februarii 1707 juxta deciſionem Clem. XI. 20. Novembris M. DCCIV.

CANITUR in hiſce notis triumphus ante Victoriam, & fingitur hoſtis, qui feriatur, multa quippe in iis appinguntur Jeſuitis, quæ ne ſomniarunt quidem, & multa actitantur, quæ longe a veritate aberrare ipſum Decretum Clem. XI. apertiſſime oſtendit.

Appingitur Jeſuitis primo (in littera *B*) quod velint, nihil in Sinarum Philoſophia contineri, quod cum Chriſtiana Religione componi non poſſit; & additur, quod oppoſitum in hoc Turnonii Decreto declaretur. Mirum eſt, quod verba Decreti in hunc ſenſum detorqueri poſſint. Decretum non loquitur de ſola Philoſophia, ſed de Doctrina, legibus, ritibus, ſeu conſuetudinibus Sinarum, aſſerendo, aliquas in Divina lege cohærere, alias non. Et hoc ipſum expoſuit P. Martinius Soc. Jeſ. Alexand. VII. quando obtinuit quod ritus politici Sinarum relate ad Confuſium, & Progenitores poſſent a Fidelibus exerceri, ritibus vero ſuperſtitioſis poſſent tantum materialiter intereſſe, ſi aliter non poſſent odia, & inimicitiæ declinari, facta tamen Fidei profeſſione, & ſecluſo periculo ſubverſionis. Ecce quomodo Jeſuitæ docent multos Sinenſium ritus eſſe ſuperſtitioſos, & divinæ legi difformes. Quod vero attinet ad meram Philoſophiam Sinenſium, num ea contineat aliquod Divinæ legi contrarium; Clem. XI. in hoc ſuo Decreto noluit quicquam definire, dicens, nihil certi firmari poſſe, niſi præhabitis notitiis neceſſariis. Quomodo ergo jactitare poſſunt adverſarii, quod in Decreto Turnonii oppoſitum declaretur? Fingunt certe Hoſtem, quem feriant.

Appingitur iiſdem ſecundo (in littera *C*) quod contenderint Confuſium, & Progenitores, non veris Sacrificiis, ſed ritibus dumtaxat Civilibus, a Sinenſibus coli. Et additur, quod oppoſitum in Decreto Tournonii ſtatuatur. Utrumque commentitium. Quod non contenderint Jeſuitæ a pluribus Sinenſibus idololatris non coli Confuſium, & Progenitores veris Sacrificiis, ac ritibus ſuperſtitioſis, conſtat ea eadem expoſitione facta a P. Martinio Societatis Jeſu Alexandro VII. qui aliud decrevit circa ritus Sinenſes politicos, & aliud circa ſacrificia, & ritus ſuperſtitioſos. Quod vero Decretum Tournonii non ſtatuat, omnes ritus Sinenſium erga Confuſium, & Progenitores eſſe vera Sacrificia, conſtat percipienti verba Decreti, in quo ſolum dicitur, quod Divinæ legis cultores interrogati de *Ci*, ſeu de Sacrificiis Confuſii, & Progenitorum, reſpondere debeant, ea non licere. Quis autem non videat hinc non inferri, quod non aliter a Sinenſibus non Idololatris illi colantur, quam veris Sacrificiis? Fingitur ergo Hoſtis, qui feriatur.

Appingitur Jeſuitis tertio (in littera *D*) quod velint uſum Tabellarum, ſeu Imaginum Defunctorum Progenitorum, juxta morem Sinicum, nihil ſuperſtitioſi continere; dum, præter alia, Sinenſes putant, Tabellas illas eſſe animarum ſedes, eaſque illis aſſiſtere ad Nepotum oblationes, & ſacrificia recipienda. Adeone Jeſuitæ delirant ut doceant, nihil in hoc ſuperſtitioſi contineri? Cultus erga has imagines a Jeſuitis permiſſus ille ipſe eſt, quem P. Martinius Alex. VII. expoſuit ab omni ſuperſtitione defecatum. In Decreto autem Tournonii, non niſi ritus Sinicus ſuperſtitione imbutus damnatur, ut illicitus. Et Clem. XI. in ſuo Decreto, Spiritus Sancti lumine illuſtratus, ſapientiſſime ſtatuit, quid agendum, ut Tabellæ illæ cum nomine Defuncti retineri poſſint, ſublata quavis, etiam ſpecie ſuperſtitionis, ſi forte adeſſet.

Appingitur iiſdem quarto (in littera *E*) quod velint eodem nomine *Xam Ti*, vel *Tien* a Sinenſibus Idololatris coli Cœlum Materiale, ac a Fidelibus colitur Cœlorum Deus. Jeſuitæ tamen non ſolum contenderunt, quod his vocibus Cœli Dominus ſignificetur, prout ſuo edicto declaravit Sinarum Imperator, qui quamvis non ſit Chriſti fidelis, non eſt tamen Idololatra, nec *Atheus*, ſed Deum Cœli ſub his vocibus colit. Eſto nonnulli Idololatræ, ſub iiſdem vocibus, impie colant Cœlum Materiale. Ad vitandam autem æquivocationem huic nomini *Tien in* tabella inſcripto addiderunt Jeſuitæ explicationem his verbis *Dominum Cœli adora*; ut non poſſent Idololatræ exiſtimare, quod Cœlum Materiale a Fidelibus etiam colatur. Utrum autem per edictum laudatum Imperatoris, & per hanc explicationem adjectam ſublata ſufficienter fuerit æquivocatio; Tournonius non definit. (Immo cum poſt decretum Clem. XI. damnantis omnem in his vocibus æquivocationem, ab hoc præſcindat, videtur annuere) ſolumque definit, quod fidelis interrogatus, an *Xam Ti*, vel *Tien*, ſeu Cœlum materiale, ſit Chriſtianorum verus Dominus? Reſpondere debeat negative. Quare Tournonii Decretum nihil adverſus *Tien*, prout a Fidelibus uſurpatur, & a Jeſuitis permittitur, declaravit.

Appingitur iiſdem quinto (in littera F) quod abuſi ſint Decreto Alex. VII. additurque quod dolo illud extorſerit a Pontifice P. Martinius per expoſitionem falſi. Atque adeo eſſe ſubreptitium: Ut proinde nemo poſſit illi ſe accommodare, poſt Decretum Tournonii. At verba Tournonii longiſſime abſunt ab hac interpretatione; cum ſolum dicant, fidelem interrogatum de Sacrificiis Confuſii, de Tabellis juxta morem Sinicum, ac de *Tien* non poſſe aliter reſpondere, quam quod illa non liceant, & quod Cœlum materiale non ſit Chriſtianorum Deus, quin huic deciſioni ullatenus refragetur Decretum Alex. VII. Deinde, quod hoc Decretum fuerit dolo extortum per expoſitionem falſi, nec aſſerit Tournonius; nec Clem. XI. ad hoc quæſitum voluit quicquam reſpondere, dicens in ſuo Decreto, Sedem Apoſtolicam in hac controverſia ſemper conſueviſſe decernere circa Jus, dando reſponſa veritatis; numquam circa factum, nihil morando veritatem, aut falſitatem expoſitorum. Quare commentitium eſt, quod non poſſint fideles, poſt Tournonii Decretum, Decreto Alex. VII. ſe accommodare; nec potuit hoc aſſeri citra gravem injuriam Sedis Apoſtolicæ; ſicut non poſſunt Janſeniſtæ citra gravem injuriam Sedis Apoſtolicæ, aſſerere, quod Bulla Urbani VIII. *In Eminenti*, ſit ſubreptitia, in qua definitio procedit, tum circa Jus; tum circa factum.

Ex his: a verbis Clementis XI. fit primo, ad arbitrium, in iiſdem notis addi (in littera G) quod ex declaratione Tournonii conſtet, Decretum Alexandri VII. fuiſſe ſubreptitium, & nihil Sinenſium ritibus ſuffragari: Siquidem Alex. VII. Decretum a Clem. IX. anno *1669.* fuit approbatum, & nunc etiam ab ipſomet Clem. XI. quo ad omnia, quæ ſpectant ad Jus approbatur, & præſcinditur ab iis, quæ ſpectant ad factum, cum noluerit decernere, verane, an falſa fuerint expoſita.

Fit ſecundo Decretum Clementis XI. maxime favere opinioni Jeſuitarum, dum approbat Alexandri VII. Decretum. Nec poterat ab illo, ne latum quidem unguem, diſcedere; cum non poſſint Decreta Pontificis ex Cathedra loquentis (hoc eſt docentis Eccleſiam ſuam, in rebus ad fidem, aut ad morem ſpectantibus) inter ſe diſcrepare; ut proinde Clemens IX. declaraverit utrumque Decretum eſſe ſervandum, videlicet tam Decretum Innoc. X. editum ad inſtantiam Patris Moralis Dominicani ann. *1645.* quod abſolute damnat ritus Sinicos ſuperſtitioſos; quam Decretum Alexand. VII. editum ad inſtantiam P. Martinii Jeſuitæ anno *1656.* in quo aliud decernitur de ritibus Sinicis civilibus, aliud de ſuperſtitioſis.

Fit tertio ex utroque Decreto; & Clem. XI. & Tournonii, non conſtare, num falſum expoſuerit P. Martinius Alexandro VII. an P. Moralis Innoc. X. & adverſarii Clementi XI. ut contendunt Jeſuitæ. Siquidem diſertis verbis in Clementis XI. Decreto dicitur Sedes Apoſtolica non conſueviſſe in hac cauſa quicquam decernere de veritate aut falſitate expoſitorum. Cæterum, quod P. Martinius vera expoſuerit, facile conſtare potuerit ex innumeris documentis, quæ nuper exhibita ſunt Sacræ Congregationi, poſt hoc Decretum editum anno 1704. Et a poſteriori id videtur colligi ex eo, quod Turnonius in ſuo Decreto diſſimulat ea, quæ tamquam controverſa deciduntur in Decreto Clemen. XI. juxta facti expoſitionem (v. g. nihil decernit de cultu Civili erga Confuſium, & Progenitores, de Tabellis Defunctorum juxta morem Chriſti fidelium, aut de æquivocatione in his vocibus *Xam Ti*, & *Tien*, perinde quaſi compererit, quoad hæc expoſitum eſſe falſum Clementi XI. ut remedio non indigeant, & ſolum decernit ea, quæ apud omnes ſunt inconcuſſa, videlicet Sacrificium Confuſio, & Progenitoribus eſſe illicitum, nec non uſum Tabellarum juxta morem Sinicum (qui prout exponitur in Decreto Clem. XI. procul dubio eſt ſuperſtitioſus) & quod *Tien* ſeu Cœlum materiale, non ſit Chriſtianorum Deus, & ita Fidelibus de hoc interrogatis eſſe reſpondendum.

Fit quarto, quod ſicut in Sententia adverſariorum Decretum Alexand. VII. nullatenus faveret opinioni Jeſuitarum, ſi illud niteretur in falſo ſuppoſito, nempe in expoſitione falſi facta a Patre Martinio dicente, talem Confuſii cultum eſſe apud Sinas ex ſua prima inſtitutione politicum; ita pariformiter, nec Decretum Innoc. X. aut Clemen. XI. faveret opinioni adverſariorum, ſi pariter fundaretur in falſo ſuppoſito. Quare ſi falſum ſit, quod a Fidelibus, & a Sinenſibus non Idololatris exerceantur illæ cæremoniæ, ritus, & oblationes, quæ tamquam ſuperſtitioſæ, aut ſpeciem præbentes ſuperſtitionis in Decreto Clem. XI. proſcribuntur, hujuſmodi proſcriptio nihil favet adverſariis contendentibus, non eſſe cæremonias civiles illas, quæ juxta Decretum Alexandri VII. a Jeſuitis permittuntur.

Fit quinto magnam hanc litem, quæ octoginta, & amplius annos perduravit, eſſe finitam, quoad quid juris, ſed ne incæptam quidem eſſe, quoad quid facti. Quare infallibiliter vera ſunt quæcumque ex Cathedra Innoc. X. Alexander VII. Clem. IX. & Clem. XI. hac de re decrevere: quia tamen Clem. XI. noluit quicquam definire circa factum, & Jeſuitæ conantur oſtendere, Decretum hoc, in falſi expoſitione niti; idcirco ex Decreto Clem. XI. nihil poteſt adverſus opinionem Jeſuitarum inferri; quippe qui negant, & pernegant ſe aliter Litteratis in adeptione laureæ Doctoralis cultum Confuſii permiſiſſe, quam prout approbavit licere Alex. VII. Cultu ſcilicet civili, non vero cultu illo, qui a Clem. XI. proſcribitur, tamquam ſuperſtioſus. Negant etiam uſum Tabellarum aliter permiſiſſe, quam prout a P. Martinio expoſitum fuit eidem Pontifici citra ullam ſuperſtitionis umbram. Negant demum voces illas *Xam Ti*, vel *Tien* ita uſurpaſſe, ut poſſent Idololatræ exiſtimare, quod a Fidelibus Cœlum materiale colatur. Ita ſe rem habere luculentiſſime demonſtrant innumera documenta nuper Sacræ Congregationi exhibita; & a poſteriori videtur id colligi, ut diximus, ex Decreto Tournonii, in quo ſolum decernuntur ea, quæ longiſſime abſunt a præſenti controverſia. Quare nihil eſt cauſæ, cur ab adverſariis triumphus canatur, ubi Decretum Clement. XI. approbans ea omnia, quæ Alex. VII. approbavit, maxime favet opinioni Jeſuitarum, & nullatenus illi refragatur: quia nihil moratur in illo criminationes adverſariorum, contendentium fuiſſe dolo extortum Alex. VII. Decretum, quod Jeſuitarum opinionem tutatur ineluctabiliter. Inſolens autem eſt illius accuſatoris triumphus, cujus accuſationes in Sententia definitiva a Judice negliguntur.

His adde, facili negotio oſtendi poſſe, litem hanc magnam, hoc Decreto Clem. XI. Jeſuitarum opinioni eſſe adjudicatam. Ratio eſt, quia non poteſt ab adverſariis aſſeri, quod utrumque Decretum, tam Alex. VII. quam Clem. XI. ſumi debeat in ſenſu conditionato, ſi ſcilicet vera ſint expoſita utrique Pontifici; hinc enim fieret, quod utrumque Decretum poſſet eludi: nam ſicut adverſarii contendunt, non licere cultum illum ab Alexandro VII. permiſſum, quia non purificatur ea conditio, quod ſcilicet apud Sinas ſit politicus prout expoſitum fuit; ita poſſent Jeſuitæ contendere, quod liceat cultus a Clem. XI. proſcriptus, quia non purificatur ea conditio, quod ſcilicet apud Sinas ſit religioſus, & Sacer, prout expoſitum fuit: unde utrumque Decretum eluderetur, quo quid abſurdius? quare debet utrumque Decretum ſumi abſolute; ita ut abſolute, tam liceat cultus expreſſus in Decreto Alex. VII. & approbatus, ut politicus, quam non liceat hic

alius cultus expreſſus in Decreto Clem. XI. & reprobatus tamquam ſuperſtitioſus. Cum autem Jeſuitæ ſolum contenderint, cultum illum Alex. VII. licere non vero cultum iſtum Clementis XI. & adverſarii ſemper contenderint cultum illum ab Alex. VII. permiſſum non licere, per hoc, quod falſum expoſitum fuit a P. Martinio Pontifici, quod ſit apud Sinas politicus, aperte ſequitur litem hanc Jeſuitarum opinioni eſſe adjudicatem.

Illud videtur opponi poſſe, quod ſæpe Jeſuitæ contenderint, illas odorum cremationes, & ciborum oblationes, quæ in Decreto Clementis XI. proſcribuntur, tamquam ſuperſtitioſæ, poſſe a ſuperſtitionibus depurari. At licet Jeſuitæ contenderint meras illas ciborum delationes, & odorum cremationes poſſe ſecundum ſe ab omni ſuperſtitione, atque adeo a ratione oblationis, ſeu Sacrificii depurari; non contenderunt tamen eas licere in iis circumſtantiis, in quibus ſpeciem præberent Idololatriæ, & idcirco numquam illas Neophytis Sinenſibus permiſerunt, ſi fides adhibenda eſt innumeris juratis teſtibus Sacræ Congregationi nuper delatis.

Quod ſi quæras, quare Sinarum Imperator ægre tulerit Tournonii Decretum editum juxta Decretum Clem. XI. ſi neutrum ex his Jeſuitarum opinioni refragatur? Ad hoc dicendum evidens eſſe, quod Tournonii Decretum, quoad ea, quæ proſcribit, juxta deciſiones Clem. XI. (quas non oſtendit, ſed dixit apud ſe habere) opinioni Jeſuitarum non adverſetur; Cum nemo ſanæ mentis admittere poſſit ea, quæ ibi ut illicita declarantur, ut ſupra oſtendimus. Quare vel dicendum, Imperatorem ægre tuliſſe hujus Decreti publicationem, quia facile poterant excitari Tragœdiæ inter Sinenſes Idololatras, & Europæos, dum publicis edictis, illorum ritus, & Sacrificia, tamquam illicita denunciantur: vel dicendum ægre tuliſſe alias Legati de Latere ordinationes, non vero hoc Decretum quod Idololatris dumtaxat diſplicere poterat.

Sin replices: qua de cauſa Tournonius voluerit Decretum illud cum tanta Sinenſium perturbatione publicare; ſi in eo nihil deciditur apud catholicos controverſum? Ad hoc dicendum, in eo Decreto non proſcribi directe, quod liceat Sacrificium offerre, Progenitoribus, & Cœlo materiali; cum hæc omnia non indigeant proſcriptione; proſcribuntur ea ſolum indirecte dum decernitur, quod fidelis accerſitus, ut interrogetur, an ea liceant; non poſſit diſſimulare: tenetur quippe reſpondere, quod non liceant, quin excuſetur a periculo gravis damni, quod inde timeretur. Quamvis enim juxta Decretum Alexandri VII. & Clementis XI. poſſint Fideles ſuperſtitioſis Sinenſium ritibus materialiter intereſſe, ſi aliter odia, & inimicitiæ declinari non poſſint; non licet tamen ob hujuſmodi metum diſſimulare, ſi de iis interrogentur. Sic pariter jure merito proſcripta fuit ab Innoc. XI. Theſis illa XVIII. dicens: *Si a poteſtate publica quis interrogetur, fidem ingenue confiteri, ut Deo, & Fidei glorioſum conſulo; tacere, ut peccaminoſum per ſe, non damno*: Ecce quomodo opinioni Jeſuitarum omnino favet tam Decretum Clementis XI. approbando ea omnia, quæ Alex. VII. approbavit, ac refellendo adverſariorum accuſationes, quoad expoſitionem falſi factam a P. Martinio, quam Decretum Tournonii per hoc quod præſcindat ab iis, quæ tamquam controverſa deciduntur in Decreto Clem. XI. per inde quaſi ea non indigeant remedio apud Sinas, nihilque a Jeſuitis permittatur, quod cum Decreto Pontificio non concordet.

Hæc tamen omnia judicio Sanctæ Matris Eccleſiæ ſubjicio, tamquam filius obſequentiſſimus; quæ non alia de cauſa exaravi niſi ad occurrendum ſcandalo puſillorum, quibus ex notis illis videri poteſt cultus Idololatricus a Jeſuitis hactenus fuiſſe permiſſus.

AD MAJOREM DEI GLORIAM.

APPENDICE PRIMA

CONTRO UNA SCRITTURA STAMPATA IN LINGUA LATINA COL TITOLO:

NOTÆ IN NOTAS ADJECTAS DECRETO LEGATI DE LATERE TOURNONII.

NEl punto ch' io credea di fermar la penna, e i penſieri ſulla preſcrita Difeſa del Giudizio Appoſtolico di Santa Sede; mi capita inaſpettatamente incluſo un Foglietto, ſtampato in lingua latina col titolo *Notæ in Notas*, *&c.* Muovemi la curioſità con tutta fretta a donarli un occhiata ſol di paſſaggio, credendo vi foſſe in eſſo, come in compendio, qualche gran coſa, che meritaſſe il tempo d' un attentiſſima meditazione: ma non tantoſto l' ho io veduto, che vengo aſtretto a cangiar ſentimento, non avendovi ritrovato in leggendolo, che un deboliſſimo sforzo d' un principiante diſcepolo, il quale per far conoſcere il ſuo buon volere agli riveriti Maeſtri, ſi è ingegnato di ſtendere quelle due righe in ſoccorſo inopportuno della cauſa perduta. Ripiegato quel mezzo foglio, ſtava ſopra penſiero, ſe aveſſi a degnar di riſpoſta una compoſizione sì miſera, non ſolamente perchè la di lei poca eſtenſione pareva non eſſere d' altro meritevole, che d' una giuſtiſſima non curanza, ma eziandio perchè altro non richiedeſi a confutarla di ſoverchio, che l' opporvi la Scrittura delle dodeci Rifleſſioni, già da me totalmente convinta d' errore; così la ſciocchezza dell' una verrebbe appieno ſcoperta dalla ſtravaganza dell' altra.

In fatti allo ſcrivere del ſedizioſo Autore già rifiutato, le Note, o ſieno poſtille aggiunte al Decreto del Legato Tournon, *ſono piene d' odio allegro, e contento della tanto bramata, e ſoſpirata vittoria ottenuta finalmente dagl' emoli della Compagnia*: al dire di queſto imprudente cenſore tanto è lontano dal vero, che vi ſia ſtata vittoria alcuna per eſſi loro, che la Compagnia ha ſortito l' onore di vincitrice, e trionfante. Quello colle più veementi declamazioni dal principio fin' al fine ſi duole della condanna de' Riti, e Cerimonie Cineſi fin' ad ora permeſſe, ed approvate da' Miſſionarj Geſuiti: Queſto tutto diverſo di ſentimento pretende, non eſſere ſtata fulminata contro quei Riti, e Cerimonie alcuna ſentenza. Il primo certamente perſuaſo, che il Legato Appoſtolico co'l ſuo Decreto pubblicato abbia umiliata, avviliata, vilipeſa la venerabile Compagnia di Gesù, s' infuria contro il medeſimo, e ſenza riſpetto al di lui eccelſo carattere, lo lacera con mille invettive, ingiurie, calunnie, ed improperj, che fanno inorridire chiunque ha cuore di Religione: Il ſecondo contrario di penſiero a fronte ſcoperta ſoſtiene, che la Compagnia non abbia ricevuto un menomo diſonore, nè ſia ſtata in modo alcuno offeſa dal Giudizio di quel Miniſtro della Sede Appoſtolica. In ſomma l' uno dà all' altro una continua mentita, e niega con franchezza tutto ciò, che il compagno coſtantemente aſſeriſce.

Chiunque non è informato della politica della Compagnia, reſta aſſai ſorpreſo in vedendo una contradizione sì aperta; nè può così facilmente capire come ſia poſſibile, che due Scrittori del medeſimo corpo, diretti da medeſimi ſuperiori, ſpinti da un medeſimo fine di difendere la ſteſſa

APPENDIX PRIMA

CONTRA SCRIPTURAM LATINE EDITAM, CUI TITULUS

NOTÆ IN NOTAS DECRETO LEGATI DE LATERE TOURNONII.

VIX manum a defenſione Judicii a S. Sede Apoſtolica pronuntiati ſubduxeram; cum ecce ad me defertur Pagella latine edita, hunc præferens titulum: *Notæ in Notas &c.* Illico curioſos in eam conjeci oculos, ratus, momentoſum aliquid, in ſynopſim redactum, in ea contineri, quod longa & attenta dignum eſſet meditatione. Sed mea me fefellit expectatio. Nihil enim deprehendi, niſi irritum imperiti alicujus diſcipuli conatum, qui ut ſuam in Reverendos Præceptores benevolentiam teſtaretur, pauculas illas lineas exaravit, in miſerum & importunum deploratæ cauſæ patrocinium. Abjecta pagella anceps hærebam, num reſponſionis honore eam dignari deberem; tum quod perexigua nullius momenti ſcriptiuncula flocci facienda eſſet; tum quod ad eam confutandam ſatis ſuperque eſſet, ſeditioſum opponere duodecim Animadverſionum libellum, ſuperius a nobis de errore convictum; ita enim alterius inſulſitas abſurditatem alterius luculente manifeſtaret.

Revera, prout ſcribit ipſe jam refutatus Animadverſionum Auctor, Notæ adjectæ Decreto Legati Tournonii *plena ſunt odii lætabundi & exultantis ob reportatam ab Adverſariis de Societate victoriam*: e contra, ſi imprudenti huic cenſori aures præbeamus, nedum Adverſari nullam de Societate reportarunt victoriam, ſed Societas ipſa vicit, & io canit. Ille vehementiſſimis declamationibus lamentatur damnatos Ritus & Cæremonias Sinenſes hactenus Miſſionariis Jeſuitis permiſſas & approbatas: hic diverſus ab illo conſtanter affirmat, nullam contra illos Ritus & Cæremonias latam fuiſſe ſententiam. Alter certo ſciens, Venerabilem Societatem Jeſu traductam fuiſſe, depreſſam, & humiliatam Apoſtolici Legati Decreto, contra eumdem debacchatur, eumque horrendis conviciis, improperiis, & calumniis proſcindit: alter perfricta fronte jactat, Societatem nullum ſui honoris diſpendium paſſam eſſe, neque ullo modo læſam Judicio Apoſtolici Miniſtri. Uno verbo, velint nolint, ambo invicem ſe mendacii accuſant; quod enim alter pertinaciter negat, affirmat alter audacter.

Quicumque Societatis vafritiem & artes ignorat, mirabitur, profecto immanem hanc contradictionem, neque facile intelliget, qui fieri poſſit, ut duo ejuſdem Societatis Viri, ab eorumdem Præpoſitorum nutibus pendentes, eamdem tuente cauſam, adeo diverſam & diſparatam inter ſe

cauſa; camminino per due ſtrade così oppoſte fra loro: e che con tanta diligenza, e sfarzo ſi pubblichino, e ſi diſpenſino da' loro Compagni d'amendue le Scritture. Io ben di facile l'intendo, e ne ſvelo in poche parole il Miſtero. La Compagnia di sì gran credito appreſſo il Mondo, riceve una gran ferita nella ſua ſtima, perchè convinta da un Giudizio ſolenniſſimo d'aver fomentata l'Idolatria in un' Impero vaſtiſſimo per lo ſpazio di più di ſettant' anni ad onta di tutte le oppoſizioni fatte de' fedeli Miniſtri del Vangelo. In una tale circoſtanza per lei sì ſvantaggioſa, ſi ha da praticare tutto lo sforzo per inventar mille modi apparenti con diſcapito della verità, co' quali e ſi ripari, e ſi ponga in ſalvo il di lei onore. Quindi non preſentandoſi all' immaginazione appaſſionata, che due mezzi per conſeguire un tal fine; o di negare, che ſia ſtata veramente condannata, quantunque i Decreti parlino con tutta chiarezza; o di tacciare d'ingiuſta la condanna, abbenchè fulminata con tutta giuſtizia; ſcrivono alcuni per perſuadere, che il fulmine del giudizio del Miniſtro Appoſtolico non ſia caduto ſopra la loro Compagnia; ſcrivono altri per moſtrare, quanto ſia ſtata ingiuſta la ſaetta del Decreto che l'ha preſa di mira; poco curando, che il compagno reſti ſoggetto alla taccia di falſario, e di mentitore, purchè ſi mantenga nel credito, e reſti giuſtificata la Compagnia. Bella invenzione, e degna ſolo dello ſpirito de' Padri Geſuiti, che ad altro non penſano, che a creſcere di ſtima, o almeno a non perderla nell'animo de' loro parziali! V' ha però un grand' inconveniente per chi s' affatica in dimoſtrando, che non vi ſia ſtata alcuna ſentenza contra la Compagnia, ne Decreto del Legato Appoſtolico, ed è, che la Compagnia medeſima pubblicamente ſi oppone a di lui ſentimenti. Che già è noto a tutto il Mondo che i ſuoi ſuperiori maggiori hanno praticato in Roma gli ultimi sforzi, per ſoſtenere le appellazioni inviate da' Geſuiti della Cina, e da certi Veſcovi loro parziali, con preſentare memoriali, con produrre ſcritture, con impiegare e Padroni, ed Amici a fin d' ottenere la rivocazione del Giudizio pubblicato dal Cardinale di Tournon: il che certamente non averebbero poſto in opera con tanta induſtria, e premura, ſe non foſſe condannata e la Dottrina, e la pratica della Compagnia, intorno a' Riti di quel grand' Impero. Queſto nuovo rifleſſo, che con più di chiarezza fa vedere quanto ſia vano, e ridicolo l'impegno dell' Autore delle Note contro le Note, potrebbe diſpenſarmi dal riſpondere ad un' operetta per tanti capi sì diſpreggievole: Ma per non laſciar nell'inganno chi da ſimili apparenze reſta imprudentemente luſingato, farò conoſcere con brevità tutti gli errori, falſi ſuppoſti, e ſciocchi ragionamenti che ſi ritrovano in quel breviſſimo ſcritto. Niente più richiedeſi, per correggere un Pedantello, che appena intende i primi principj di queſte materie, e che la condotta degli accennati ſuoi ſuperiori maggiori condanna o per ignorante, o per bugiardo.

I. Dà egli principio alla ſua critica per la Nota B contenendoſi nel ſilenzio contro la Nota A. Queſto ſuo tacere in riguardo della prima Nota, lo convince di non aver trovato che riſpondere, per giuſtificare la Compagnia ſopra un punto di sì gran rilievo, in cui i Geſuiti di Pekino vengono tacciati di aver ſervito di curſori, e banditori all' Imperator della Cina, per pubblicare il di lui Decreto, co 'l quale i Veſcovi, i Vicarj Appoſtolici, i Sacerdoti, e i Miſſionarj degli altri Ordini ſono condannati al bando, alle cate-

teneant ſcribendi methodum, & amborum Scripta ſolerter & jactanter ab eorum Sodalibus evulgentur. Verum difficile non eſt, arcanum hoc intelligere. Societas ſolemni illo Judicio evidentiſſime convicta, quod per ſeptuaginta & amplius annos in vaſtiſſimo illo Imperio Idololatriam foverit & defenderit, inſuperhabitis fidelium Evangelii Miniſtrorum oppoſitionibus, ſentit & videt graviſſime læſam, & imminutam exiſtimationem illam, quam in toto terrarum orbe ſibi conciliarat. Quid igitur in tanta jactura agendum? Nihil non tentandum, quantum fieri poteſt, contendendam, ut mille comminiſcendi & mentiendi artes adinveniantur, queis cum ipſius veritatis diſpendio, deperditus honor reparetur. Unde cum nulla alia ratio ſuppetat, niſi, vel petulanter negare, præfatos Ritus fuiſſe damnatos, vel audaciſſime contendere, damnationis ſententiam fuiſſe injuſtam; utrumque præſtant Viri ſagaciſſimi. Alter ſcribit, Legati Decretum contra Societatem non eſſe latum; ſcribit alter, injuſtum eſſe Decretum: nihili uterque faciens unus ex ipſis falſitatis & mendacii notam incurrat, dummodo Societas honoris & famæ detrimentum non patiatur. O bellam & egregiam adinventionem! Jeſuitarum ingenio vere digniſſimam; queis nihil magis cordi eſt, quam famam ſuam, nedum ſartam tectam ſervare, ſed & novis incrementis promovere, & amplificare! Advertat tamen, quiſquis oſtendere nititur, Legati Apoſtolici Decreto Societatem petitam non fuiſſe, eamdemmet Societatem ſibi hac in re adverſari. Lippis & tonſoribus notum eſt, Præpoſitum ejus Generalem una cum Aſſiſtentibus omnem lapidem in Urbe moviſſe, ut Sedes Apoſtolica Judicium a Tournonio latum revocaret & reſcinderet. Quod quidem tanta induſtria, & animorum æſtu tentatum haud fuiſſet, niſi Societatis doctrinam & uſum circa Ritus Sinenſes Decretum illud damnaſſet. Unica hæc animadverſio, ſatis ſuperque exſuflat irritum perridiculi Auctoris laborem, qui *Notas in Notas* adjecit; meque admonet, Scriptiunculam illam contemptui habendam, neque reſponſionis honore dignandam. Verum, ut errorem deponant, qui externa rerum facie capi ſolent, breviter ob oculos eis ponam errores omnes, falſa ſuppoſita, & inepτiſſimas ratiocinationes, queis redundat perexigua illa male conſarcinata Scriptura.

I. Cenſuram ſuam Scriptor hic orditur a Nota B. prætermiſſa Nota A. Hæc prætermiſſio ſatis evidenter evincit, nihil ab eo adinveniri potuiſſe, quo Societatem defenderet, & purgaret in articulo maximi momenti, ubi Jeſuitæ Pekinenſes accuſantur, quod curſores egerint & præcones Imperatoris Sinarum, ejus pubblicantes Decretum, quo Epiſcopi, Vicarii Apoſtolici, Sacerdotes, aliorumque Ordinum Miſſionarii, alii ad exilium, alii ad vincula, alii ad flagella damnantur. Turpe opprobrioſiſſimum factum adeo no-

catene, a' flagelli. Il fatto vergognoſo è sì pubblico, che non può eſſere ſoggetto ad alcuna controverſia. Ed affinchè non venga meſſo in dubbio ciò, che contiene il ſuddetto Decreto, ſi pone quì ſotto gli occhi del Lettore, tal quale fu traſportato dalla lingua Tartara in idioma Latino dal Padre Gerbiglion Geſuita.

Ten tam, *Fam theou*, *Honato*, „ (*a*) ſunt homines turbulenti in ſua agendi ratione, nec ii „ ſunt, qui poſſint permitti remanere intra Pro„ vincias. Tradantur tribunali militum, a quo „ deſignetur unus Mandarinus, qui eos citatis e„ quis Cantonem deducat; ibique eos committat „ Præfecto generali *Tsum tou*, & Proregi, a „ quibus ejiciantur Macaum; nec ullo modo ſi„ nantur rurſus venire.

„ In poſterum ſi Europei habent *Piao*, ſeu di„ ploma authenticum, bene eſt: quicunque au„ tem non habuerint, a Præfectis generalibus „ *Tsum tou*, & Proregibus non permittantur re„ manere.

„ Præterea ſi qui deinceps Europei advene„ rint, omnino in Aulam recta veniant, & in „ Aula determinabitur diploma illis dandum.

„ Inſuper dicitur *Pi tien ſian*, (*b*) turbas feciſſe „ in Provincia *ſu Tchuen*. Ex criminum tribunali „ unus ſcriba deſignetur, qui dictum *Pi tien ſian* „ citatis equis deducat ad Proregem dictæ Pro„ vinciæ, ipſique tradat. Prorex re examinata, „ ſcripto ad me de ea re referat.

„ *Vam kiao*, *Kout che*, *Tchin ſieou*, (*c*) ſunt „ homines maxime turbulenti, & odio digni. „ Non debent remitti in patriam ſuam. Tra„ dantur tres illi tribunali Criminum; & ſinguli „ quadraginta verberibus prius excepti, deinde „ deducantur ad Præfectum generalem armorum „ Provinciæ *leao tum*, qui eos in aliquo loco „ collocabit, non permittens eos vagari.

„ Quod pertinent ad *Kiam ouci piao*, *Li y* „ *ſen*, quandoquidem abſolutum eſt negotium, „ de quo interrogandi erant, illi ad patriam „ ſuam revertantur.

II. Si duole, che falſamente s' imponga a ſuoi Confratelli di colà, come ſoſtenghino, *non eſſervi coſa alcuna nella Filoſofia de' Cineſi, che non ſi poſſa accordare colla Religione Criſtiana*. Egli è queſto un rammarico che ha l'origine dall' ignoranza di ciò, che hanno ſcritto i ſuoi Compagni; ſed in prendendo compaſſione del di lui dolore, per perſuaderlo a mitigar la ſua pena, gli ſomminiſtrarò un chiaro lume, che ſervirà ad iſcuoprirgli la Dottrina de' Geſuiti della Cina intorno alla Filoſofia de' Cineſi. Legga dunque il ſuo Padre Lodovico Couplet nella ſua *ſcientia Sinica*; ove inſegna ex profeſſo, che *ſinica Philoſophia, ſi bene intelligatur nihil habet legi Chriſtianæ contrarium*. Legga il ſuo Padre Filipucci, quale eſpreſſamente ſoſtiene, che il libro Cineſe *YE' KING*, che altro non è, ſe non un riſtretto di tutta la Dottrina di Confuſio, e de' di lui primi Interpreti; *Summa eſt optimæ Doctrinæ phyſicæ, & moralis*: qual ſentimento quando ſia vero, apertamente ſpiega che la Filoſofia Cineſe non è contraria alla legge di Criſto. Legga finalmente (quando la fortuna gliela porti ſotto gl' occhi) la ſolenne proteſtazione, che il Padre Franceſco Gerbiglion ſuperiore de Geſuiti Franceſi

notum eſt, ut nequeat negari. Sed ne forte in dubium revocentur, quæ continentur in præfato Decreto, illud fideliſſime omnium oculis ſubjicimus, prout e lingua Tartarica in Latinam tranſlatum fuit a Patre Gerbiglionio Jeſuita.

II. Queritur, per ſummam calumniam accuſari Jeſuitis, Quod defendant, *nihil eſſe in Philoſophia Sinenſium, quod Religioni Chriſtianæ non poſſit eſſe conforme*. Non quereretur profecto, ſi ſciret, quæ hac de re Socii ejus ſcripſerunt. Ut queri & lamentari deſinat, neceſſe eſt eum erudire, eique ob oculos ponere, Jeſuitarum doctrinam de Philoſophia Sinenſium. Legat librum cui titulus *Scientia Sinica*, ſcriptum a ſuo P. Ludovico Couplet, ubi ex profeſſo ait, *Sinica Philoſophia, ſi bene intelligatur, nihil habet legi Chriſtianæ contrarium*. Librum percurrat ſui Patris Philipuccii, qui mordicus ſuſtinet quod Liber Sinicus YE' KING, qui nil aliud eſt, quam compendium doctrinæ Confuſii, & principalium ejus Interpretum, *Summa eſt optima doctrinæ phyſicæ, & moralis*: quæ propoſitio, ſi vera eſt, aperte declarat, Sinicam Philoſophiam Chriſtianæ Religioni non adverſari. Legat quæ ſcripſit in calce ſolemnis proteſtationis exhibitæ Legato Tournonio die prima Julii an. 1706. Pater Franciſcus Gerbillon Præpoſitus Jeſuitarum Pekini commorantium: *Ad quæſitum Excellentiæ veſtræ, an defenderemus nihil eſſe in doctrina Confuſii contrarium Religioni Chriſtianæ, jam reſpondimus, quod quan-* do

(a) *Hæc Sinica nomina ſunt DD. Maigrot, Mezzafalce, & Guetti.*

(b) *Hoc ſinicum nomen eſt D. Appiani.*

(c) *Hæc Sinica nomina ſunt trium aliorum inter quos eſt ſecretarius D. Cardinalis Tournonii, ſunt illi duo litterati Fokienſes quibus interpretibus uſus eſt D. Maigrot.*

ceſi abitanti in Pekino, dopo una deliberazione capitolare de' ſuoi Religioſi, fece al Legato Tournon, il primo di Luglio 1706. e la legga ſul fine, in cui vederà terminata l' iſtanza con queſte preciſe parole: *Ad quæſitum Excellentiæ veſtræ, an defenderemus nihil eſſe in doctrina Confuſii contrarium Religioni Chriſtianæ, jam reſpondimus, quod quando Illuſtriſſimus Dominus Cononenſis proferret ſigillatim ea, quæ in Doctrina Confuſii putat eſſe contraria Religioni Chriſtianæ, diceremus, quid ſuper ea re ſentiremus: Nunc vero reſpondemus inſuper, nihil hactenus ab adverſariis noſtris prolatum in tali Doctrina fuiſſe, prout illa in ſolis Confuſii libris claſſicis continetur, quod aperte Religionis Chriſtianæ fundamentis adverſetur.* Dopo queſti teſtimonj autentici, non potrà più dolerſi l' Autore del mezzo foglio, che venga falſamente impoſto a ſuoi Confratelli di ſoſtenere *non eſſervi coſa alcuna nella Filoſofia de' Cineſi, che non ſi poſſi accordare colla Religione Criſtiana*. Il ſuo dolore è ſregolato, ed a capriccio, a cui dovrebbe ſuccedere un vero dolore d' eſſer convinto di poco pratico, per parlare con qualche indulgenza, de' ſentimenti de' ſuoi Compagni ſopra tal punto.

III. Aſſeriſce, che il Decreto del Legato non condanna diſtintamente queſta propoſizione, *non eſſervi coſa alcuna nella Filoſofia de' Cineſi, che non ſi poſſa accordare colla Religione Criſtiana*: e per moſtrare, quanto ſia vero il ſuo penſiero, n' adduce la ragione con dire, che il Legato non parla della ſola Filoſofia in particolare; ma della Dottrina, delle Leggi, de' Riti, e dell' uſanze Cineſi in comune, dichiarando, che quantunque alcune poſſono conciliarſi colla Legge di Criſto, non poſſono alcune altre eſſere alla medeſima conformi. In tal guiſa co'l ſolito artificio degli equivoci sì familiari a tutti gli ſcrittori della Compagnia, ſi tenta d' ingannare i Lettori. Per iſcuoprire quanto ſia falſa l' addotta ragione, baſta dare un' occhiata attenta all' eſpreſſione intiera, con cui parla il Legato nel ſuo Giudizio ſopra queſta materia. Divide il Miniſtro Appoſtolico in due Articoli il punto, di cui ſi tratta. Nel primo non può negarſi che non uniſca la Dottrina, le leggi, i Riti, e l'uſanze de' Cineſi in comune, val' a dire, di quelli della ſetta de Letterati; e che non dichiari, che alcune uſanze, e leggi Cineſi poſſano conciliarſi colla legge di Criſto, alcune no. Ma nel ſecondo, ſopra cui cade ſolo la Nota B, ſi reſtringe al particolare della Dottrina de' Cineſi Litterati, e diffiniſce non eſſer queſta in molte coſe conforme alla Legge di Criſto. *Si deinde interrogentur*, così parla il Legato, *quænam ſint in divina lege, quæ Sinarum Doctrinæ non ſunt conformia? Reſpondebunt plura*. Chi non confeſſa eſſere ſtata condannata con queſte parole diſtintamente la propoſizione de' Geſuiti, o non ha ragione, o l' ha malizioſamente pervertita: giacchè eſſi loro pretendono, che nella Dottrina di Confuſio non vi ſia niente di contrario alla Legge di Dio, al che direttamente s' oppone la deciſione del Legato, dichiarando eſſervi in quella molte coſe contrarie alla Legge Divina. Non ſo, ſe la ſciocca ſottigliezza di queſto Critico s' inoltri ad immaginarſi, che il Cardinal di Tournon ſotto il nome della Dottrina de' Cineſi, in molte coſe contraria alla detta Legge di Dio, altro intenda, che la loro Filoſofia; quaſi che vi foſſero nella Cina altre materie profeſſate, e trattate da quei popoli, diverſe dalle Filoſofiche. Sarebbe queſta un' immaginazione aſſai degna del di lui bello ſpirito. Avverta però, che li ſuoi

do Illuſtriſſimus Dominus Cononenſis proferret, ſigillatim ea, quæ in doctrina Confuſii putat eſſe contraria Religioni Chriſtianæ, diceremus, quid ſuper ea re ſentiremus: Nunc vero reſpondemus, inſuper, nihil hactenus ab adverſariis noſtris prolatum in tali doctrina fuiſſe, prout illa in ſolis Confuſii libris claſſicis continentur, quod aperte Religionis Chriſtianæ fundamentis adverſetur. Tot teſtibus authenticis & fide dignis convictus Cenſor, conqueri haud poterit, per ſummam injuriam accuſari Jeſuitas, quod defendant, *nihil eſſe in Philoſophia Sinenſium, quod Religioni Chriſtianæ non poſſit eſſe conforme*.

III. Aſſerit, Legati Decreto non condemnari diſtincte hanc propoſitionem, *nihil eſſe in Philoſophia Sinenſium, quod Religioni Chriſtianæ non poſſit eſſe conforme*: ſuæque aſſertionis hanc profert rationem nimirum, Legatum locutum non eſſe de ſola Philoſophia in particulari; ſed de doctrina, de Legibus, Ritibus & Cæremoniis Sinenſibus in generali, declarando, quod quamvis nonnullæ Legi Chriſtianæ poſſint eſſe conformes, non poſſunt tamen quædam aliæ. Hac ratione, ſolito beneficio æquivocationum, quæ apud Scriptores Societatis ſunt familiariſſimæ, Lectoribus fucum facere tentat Cenſor ſagaciſſimus. Verum quam inanis & falſa ſit ratio allata, ſatis oſtendit declaratio, qua mentem ſuam hac de re aperit Legatus. Duos in articulos tribuit ille controverſiam, de qua agitur. In primo loquitur de doctrina, legibus, ritibus, & cæremoniis Sinenſium in communi, aſſeritque quædam ex his Chriſtianæ Lege eſſe conſona, quædam vero diſſona. Aſt in ſecundo, de quo in Nota B, ſigillatim & in particulari examinat doctrinam Sinenſium Litteratorum, eamque definit in multis Legi Chriſtianæ non eſſe conformem. *Si deinde interrogatur*, inquit Legatus, *quænam ſint in Divina Lege, quæ Sinarum doctrinæ non ſunt conformia? Reſpondebunt plura*. Qui negare audet, hiſce verbis diſtincte damnatam fuiſſe Jeſuitarum propoſitionem, aut ratione deſtitutus eſt, aut per ſummam malitiam rationem pervertit: quandoquidem ipſi contendunt, in doctrina Confuſii nihil eſſe Legi divinæ contrarium: quod abſolute & directe negat Legati definitio, declarando, eam in multis divinæ Legi adverſari. Reponet fortaſſe Cenſor imperitus, Cardinalem Tournonium, dum aſſerit doctrinam Sinenſium in multis Religioni Chriſtianæ eſſe contrariam, non de eorum Philoſophia loqui, ſed aliis de rebus ad Philoſophiam haud pertinentibus; ac ſi non de ſolis Philoſophicis, ſed de variis aliis materiis eo in Imperio exortæ fuiſſent controverſiæ. Excogitatio hæc eſſet ſane digniſſima ſubtili ejus ingenio. Verumtamen advertat, ſodales ſuos Pekinenſes, contra quos procul dubio latum fuit Decretum, in proteſtatione Legato oblata, uſurpare idem Verbum *Doctrinæ*; & fidenter pondere, ſe luculente vindicaturos a quacumque labe Doctrinam Confuſii, & oſtenſuros, eam in nullo divinæ Legi adverſari.

Padri di Pekino, contro de' quali ſenz' alcun dubbio il Legato ha pubbicato il ſuo Decreto, adoprano la medeſima parola *di Dottrina* nella loro proteſtazione preſentata al Cardinale; e promettono di difendere, che contro la Dottrina di Confuſio non ſi è mai oppoſta coſa alcuna, che non ſi poſſa conciliare colla Legge di Dio.

IV. Oſſerva, che il Regnante Pontefice nel ſuo Decreto non ha voluto difinire niente intorno alla propoſta quiſtione ſe *la Filoſofia de' Cineſi poſſi accordarſi colla Religione Criſtiana*. Ma perchè non s' inoltra ancora nel far apparire, che Sua Santità nel tempo ſteſſo dà commiſſione al ſuo Legato di giudicare ſopra quel punto, e di ordinare ſu queſto ciò, che ſtimerà più conveniente? *Interea tamen committendum eſt præfato Domino Patriarchæ Antiocheno, ut auditis Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis, nec non peritioribus Miſſionariis illarum partium, hac in re id ſtatuat, atque decernat, quod juxta datam ſibi a domino prudentiam, Catholicæ Religionis indemnitati, atque animarum ſaluti magis expedire cenſuerit*. Chi ha dunque preſo di mira il Cenſore? Il Legato che ha giudicato per commiſſione datali dalla Santa Sede, o pure l' Autore delle Note, che ha oſſervato ſemplicemente ciò, che il Legato ha deciſo?

V. Pretende eſſer lontano dal vero, che i Geſuiti abbiano ſoſtenuto, che li Cineſi non onorano Confuſio, ed i loro Progenitori defonti con veri ſagrificj, e Riti ſuperſtizioſi; merce che (ſcrive egli) Aleſſandro VII. ſull' eſpoſizione fattali dal Geſuita Martinio, altro decide intorno a' Riti Civili, ed altro intorno a' ſagrificj, e Riti ſuperſtizioſi. Doppia ignoranza. Primieramente, quanto ſia vero, che i Geſuiti impegnati in queſta cauſa abbiano preteſo, che i Cineſi non onorino Confuſio, ed i loro Antenati *con veri ſagrificj*, lo provano chiaramente, e ſenza oppoſizione i due ſeguenti rifleſſi. Il primo intorno al culto di Confuſio, ſi ha, che quei buoni Padri hanno ſpeſſe volte dichiarato (con qual verità Iddio lo giudichi) che i ſuoi Miſſionarj aveano proibito a' Cineſi convertiti le Cerimonie più ſolenni, che quel Popolo Gentile pratica per onorare Confuſio; non già perchè ſtimaſſero che foſſero veri ſagrifizj, ma per maggior cautela, e *per modum conſilii*, come parla il Geſuita Brancati nella ſua Riſpoſta apologetica pag. 76. ed il Padre Tellier nella ſua Difeſa de' nuovi Criſtiani, avendo ſecondo il lor ſentimento, *qualche apparenza di ſagrifizj*. Compatiſco l' Autore di mezzo foglio, per non aver lette le ſcritture fatte ſopra ciò nel decorſo della cauſa, ma non poſs' io già ſcuſarlo di non aver lette almeno le dodici Rifleſſioni, che con tanto sfarzo ha egli ſteſſo diſtribuite; perchè ſul fine di queſte avrebbe ritrovato che i Miſſionarj della Compagnia *hanno proibite le Cerimonie più ſolenni, ſolite farſi negli equinozj, che per avere non ſo qual' apparenza di ſagrifizj, danno più nell' occhio del popolo Criſtiano, e lo ſcandalizano*. Or chi ſente, e parla così, non nega egli chiaramente, che ſiano veri ſagrificj, giacchè non vene riconoſce ſe *non una tal qual' apparenza?* Il ſecondo rifleſſo intorno al culto de' Progenitori defonti conſiſte, che i medeſimi Padri confeſſano aver permeſſo, benchè non tanto liberamente, i culti ſolenni de' morti ſoliti praticarſi da quei gentili in certe ſtagioni dell' anno. Eccone un teſtimonio nelle parole del Geſuita Autore anonimo delle *Lettere ad un' Abbate di qualità* pag. 85. e 114. *Nel tempo iſteſſo*, dice egli, *che i Geſuiti proteſtano d' aver ſempre vietato* (cioè, come s' è veduto per puro conſiglio) *le Cerimonie di Confuſio negli Equinozj*,

IV. Obſervat, Regnantem Summum Pontificem ſuo in Decreto nihil definire voluiſſe circa propoſitam quæſtionem, an *Sinenſium Philoſophia Chriſtianæ Religioni poſſit eſſe conformis*. Sed ecur etiam non obſervat, Pontificem, etſi nihil definierit, mandaſſe tamen ſuo Legato, ut ipſe hac de re ſuum ferret judicium, idque ſtatueret, quod cenſeret eſſe neceſſarium? *Interea tamen committendum eſt præfato Domino Patriarchæ Antiocheno, ut auditis Epiſcopis, & Vicariis Apoſtolicis, necnon peritioribus Miſſionariis illarum partium, hac in re id ſtatuat, atque decernat, quod juxta datam ſibi a Domino prudentiam, Catholicæ Religionis indemnitati atque animarum ſaluti magis expedire cenſuerit*. Contra quem itaque calamum acuit Cenſor Satyricus? Contra Legatum, qui juxta Apoſtolicæ Sedis Mandatum judicium tulit, an contra Auctorem Notarum, qui obſervavit tantummodo ea, quæ Legatus decrevit?

V. Contendit, falſum eſſe, quod Jeſuitis apponitur: nimirum eos aſſeruiſſe, & defendiſſe, Sinenſes non honorare Confuſium, ſuoſque Majores veris ſacrificiis, Ritibuſque ſuperſtitioſis; quandoquidem (inquit ille) Alexander VII. ſecundum ea, quæ Jeſuita Martinius expoſuerat, Ritus Civiles diſtinxit a ſacrificiis & Ritibus ſuperſtitioſis, & diverſimode de utriſque definivit. Duplici ignorantia laborat Cenſor inſulſus. Primo, quam verum ſit, Jeſuitas pertinaciter contendere, a Sinenſibus Confuſium, & Majores *veris ſacrificiis* non honorari, oſtendunt evidentiſſime duæ, quas ſubjicimus, animadverſiones, altera de Confuſii, altera de Progenitorum defunctorum cultu. Quoad cultum Confuſii; Religioſiſſimi Patres, ut conſtat, frequentiſſime declararunt (vere ne an fictitiæ, Deus ſcit) Miſſionarios ſuos Neophytis Sinenſibus vetuiſſe Cæremonias ſolemniores, queis populus ille Ethnicus Confuſium honorat; non quod cenſeret cæremonias illas eſſe vera ſacrificia, ſed ad majorem cautelam, & *per modum conſilii*, prout loquitur Jeſuita Brancatius in reſponſione Apologetica pag. 76. & Pater Tellier in vindiciis novorum Chriſtianorum, eo quod memoratæ cæremoniæ *aliquam apparentem ſpeciem Sacrificiorum* in eorum ſententia præſeferunt. Venia non eſt indignus Auctor paginulæ, eo quod non legit forte nec vidit ea, quæ hac de re ſcripta fuerunt in cauſæ progreſſu: verum excuſandus non eſt, ſi non legit duodecim Animadverſiones, quas ipſemet tanto cum faſtu diſtribuit; in calce enim ipſarum inveniſſet, Miſſionarios Societatis *vetuiſſe cæremonias ſolemniores æquinoctionales, quæ, cum quamdam ſacrificiorum apparentem ſpeciem præſeferant, magis quam aliæ, in oculos populi Chriſtiani incurrunt, eique ſunt ſcandalo*. Igitur qui ita ſentit, qui ita loquitur, annon aperte negat, eas eſſe vera ſacrificia, cum in ipſis nil aliud, *niſi quamdam ſacrificiorum appparentem ſpeciem* deprehendat? Quoad cultum (altera animadverſio) Progenitorum, iidem RR. Patres fatentur, ſe permiſiſſe, cultum ſolemnem defunctorum, quem præſtare ſolent illi Gentiles ſtatis anni temporibus. Hujus rei teſtem profero Jeſuitam Anonymum, Scriptorem *Epiſtolarum ad Abbatem N. N.* pag. 85. & 114. *Dum Jeſuitæ proteſtantur*, ait ille, *ſemper* ſe vetuiſſe (idest, *per modum conſilii*, ut vidimus) *Cæremonias Confuſii tempore Æquinoctiorum*,

confeſſano inſieme d' aver ſempre permeſſo le ſimili Cerimonie de' Maggiori. Dunque hanno preteſo quei Padri, che i Cineſi Gentili non onorino ne meno ne' culti ſolenni degli Equinozj i loro Maggiori con ſagrificj: altrimente confeſſarebbero aver permeſſo a' loro Neofiti di ſagrificare a' loro Maggiori: il che quantunque in fatto ſia veriſſimo, vien però da eſſi loro altamente negato. Quanto poi alla prova in contrario (ſeconda ignoranza del Critico) che egli cava dal Decreto di Aleſſandro VII. e dall' eſpoſizione del Geſuita Martinio, per far conoſcere quanto ſia apertamenee falſa, baſta leggere amendue quegli ſcritti, in cui ſi vedrà, che il Martinio nella ſua ſcrittura preſentata al Pontefice non proferì ne meno una parola del culto ſolenne di Confuſio nelli due Equinozj, ne' quali ſi fanno i ſagrificj, e ſe bene nell' altro punto del culto ſolenne degli Antenati, concede praticarſi certe coſe ſuperſtizioſe, tace però con grandiſſimo ſtudio le Cerimonie, che provano eſſere veri ſagrificj. Quindi è tanto contrario al vero, che Aleſſandro VII. in conſeguenza di ciò, che eſpoſe quel Geſuita, abbia altro decretato intorno a' Riti civili, ed altro intorno a' ſagrificj, che ne meno la parola ſola di ſagrificio ſi legge tanto nell' eſpoſizione del Martinio, quanto nella riſpoſta del Pontefice, o ſia della Sagra Congregazione confermata dal Papa.

VI. Oſſerva che il Decreto del Legato non difiniſce che tutti li Riti de' Cineſi verſo Confuſio, ed i loro Progenitori ſiano veri ſagrificj: ma ſolamente, che non è lecito a' Criſtiani di fare a Confuſio, ed a' Progenitori i ſagrificj, che da' Cineſi Idolatri vengono praticati: dal che (ſegue egli a dire) non ſi può conchiudere che i Cineſi convertiti non onorino altrimente Confuſio, ed i loro Progenitori, che con veri ſacrificj. Sciocca e ridicola oſſervazione. E chi mai de' Miſſionarj più zelanti ha ſognato, che tutti li Riti de' Cineſi verſo Confuſio, ed i loro Antenati, ſiano veri ſagrificj? Chi mai hà detto, che tra i Cineſi Letterati non vi ſia altro modo d' onorare il loro Maeſtro ed i loro maggiori, che con veri ſagrificj? Chi mai finalmente ha preteſo, che il Legato abbia dichiarato, che tutti li Riti de' Cineſi verſo Confuſio, ed i Progenitori ſiano vari ſagrificj? Solo s' è preteſo, ſolo s' è detto, ſolo s' è oſſervato nella terza nota, che i Cineſi onorano il loro Maeſtro, ed i loro Antenati con veri ſagrificj; e s' è voluto dire, che tra varj Riti, che da' Cineſi ſi praticano per onorarli, vi ſono ancora de' veri ſagrificj; non che i ſagrificj ſieno i ſoli Riti, con cui gli onorano, eſſendovi tra di loro molte altre Cerimonie diverſe da' ſagrificj, con cui gli proteſtano il loro culto. In quella guiſa appunto che, chi diceſſe: *Gl' Ebrei onoravano il vero Dio con veri ſagrificj*; non pretenderebbe per queſta maniera di parlare, di dar' ad intendere, che tutti li Riti, co' quali Iddio era onorato dagl' Ebrei, foſſero veri ſagrificj, ma ſolamente, che frà tanti loro Riti ſi numeravano i ſagrificj, e che queſti erano la parte più ſolenne del loro culto. I Geſuiti però impegnati in queſta cauſa hanno ſempre negato, come s' è già moſtrato, che frà tanti Riti da' Cineſi poſti in opera per onorare il loro Maeſtro, vi foſſero de' ſagrificj: pretendendo, che anco li più ſolenni, ſoliti farſi negli Equinozi, non foſſero veramente tali, ma ne aveſſero ſolamente *una tal qual' apparenza*. E tanto appunto contro di loro ſi dichiara dal Cardinale di Tournon nel ſuo Decreto, in cui proibiſce a' Cineſi Criſtiani di ſagrificare a Confuſio, ed a' loro Progenitori defonti, come da' Cineſi vien praticato.

rum, fatentur ſimul ſemper ſe permiſiſſe ſimiles cæremonias in honorem majorum defunctorum. Ergo contendunt illi PP. ab Ethnicis Sinenſibus ſuos Progenitores neque tempore cultus ſolemnis Æquinoctiorum veris ſacrificiis honorari: alias faterentur, ſe ſuis Neophytis permiſiſſe, in honorem Majorum ſacrificia: quod licet veriſſimum ſit, ab ipſis tamen conſtantiſſime negatur. Porro quoad probationem (en ſecundum in Ceſore ignorantiæ caput) in contrarium petitam ex Decreto Alexandri VII. & expoſitione Jeſuitæ Martinii, falſitatem ejus facili negotio deprehendet, quiſquis ambas illas Scripturas legerit, ex quibus conſtabit, Martinium ſua in expoſitione Summo Pontifici oblata neque verbum dixiſſe de cultu ſolemni Confuſii tempore Æquinoctiorum, quo Sacrificia offeruntur. Licet autem, dum de cultu ſolemni Progenitorum agit, ultro concedat fieri nonnulla ſuperſtitioſa, tamen ſtudioſiſſimo ſilentio præterit eas cæremonias, quas certum eſt eſſe vera ſacrificia. Quapropter adeo falſum eſt, Alexandrum VII. cohærenter ad ea, quæ Martinius expoſuerat, Ritus Civiles a Sacrificiis diſtinxiſſe, & aliter de Sacrificiis, aliter de Ritibus Civilibus definiviſſe, ut tum in expoſitione Martinii, tum in reſponſione a Summo Pontifice, ſeu in reſponſione Sacræ Congregationis a Summo Pontifice confirmata, neque unicum verbum de Sacrificiis repetiatur.

VI. Obſervat, Legati Decretum non definire, omnes Sinenſium Ritus erga Confuſium & Majores defunctos eſſe vera Sacrificia: ſed tantummodo non licere Chriſtianis ea in honorem Confuſij & Majorum celebrare Sacrificia, quæ a Sinenſibus Idololatris celebrantur: Quapropter, inquit ille, inferri non debet, Sinenſes ad Fidem converſos alio modo non honorare Confuſium, ſuoſque Majores, quam veris Sacrificiis. O inſulſam & ridiculam obſervationem! Ecquis enim ſomniavit umquam, omnes Sinenſium erga Confuſium & Majores cæremonias eſſe vera ſacrificia, neque aliter quam veris ſacrificiis Literatorum ſectam eos honorari? Ecquis umquam contendere auſus eſt, Legatum Apoſtolicum definiviſſe, omnes Sinenſium Ritus, queis Confuſium, & defunctos honorant, eſſe vera Sacrificia? Id unum in tertia nota obſervatum eſt, Sinenſes veris Sacrificiis ſuum Magiſtrum, ſuoſque Progenitores honorare; quibus verbis ſignificatum eſt, tot inter Ritus mere civiles, queis illos honorant, exerceri etiam alios Ritus, qui ſunt vera Sacrificia: numquam tamen dictum eſt, vera Sacrificia eſſe ſolos & omnes Ritus Sinenſium, quandoquidem quamplures aliæ apud illos ſunt in more cæremoniæ, quibus ſuam erga Confuſium & Progenitores teſtantur venerationem. Quemadmodum ſi quis diceret: *Hebræi verum Deum veris Sacrificiis colebant*; non ideo ſignificare vellet, Ritus omnes, quibus ab Hebræis colebatur Deus, fuiſſe vera Sacrificia; ſed id tantummodo tot inter Ritus numerata fuiſſe etiam Sacrificia; & hæc Sacrificia ſolemniorem fuiſſe & potiſſimam eorum cultus portionem. Jeſuitæ tamen cauſam hanc pertinaciſſime tuentes, ſemper inficiati ſunt, ut jam oſtenſum eſt, inter tot Ritus, queis Sinenſes Magiſtrum ſuum honorant, inveniri vera Sacrificia: contendentes, ſolemniora etiam, quæ Æquinoctiorum tempore celebrantur, revera Sacrificia non eſſe, ſed *aliquam apparentem Sacrificiorum ſpeciem* tantum præſeferre. Quod quidem contra eos a Cardinali Tournonio declaratur ſuo in Decreto, quo Sinenſibus Chriſtianis prohibet, ne Confuſio, & Progenitoribus Defunctis ſacrificia offerant, prout apud Sinas in more poſitum eſt.

VII. Dimanda, ſe è poſſibile, che i Geſuiti ſiano ſtati così ſciocchi di pretendere non eſſervi coſa alcuna di ſuperſtizioſo nell' uſo delle tavolette de' defonti in cui credono li Cineſi, che l' anime riſiedano, per ricever l' offerte, e i ſagrificj de' Poſteri? La riſpoſta non è molto difficile; ed eccola in pronto: Li Reverendi Padri entrati nell' impegno della cauſa non hanno preteſo, che quell' uſo foſſe ſenza ſuperſtizione, confeſſando che i Cineſi abbiano queſta credenza; il che ſarebbe ſtato una ſciocchezza troppo eſorbitante: ma per lo contrario hanno negato, ò diſſimulato, che i Cineſi profeſſino quella credenza, per poter permettere quell' uſo a' loro Neofiti, come innocente, e libero da ogni ſuperſtizione. Ed in queſto hà fatto riſalto l' arte del Geſuita Martinio, che malizioſamente hà tacciuto detta credenza de' Cineſi nella ſua eſpoſizione già preſentata ad Aleſſandro VII. per ottenerne con inganno più facilmente l' approvazione. Quanto però ſia vero, che i Cineſi abbiano queſta credenza, cioè che l' anime de' defonti tornino alle tavolette, per riceverne l' offerte de' loro poſteri, s'è già provato evidentemente nella pag. 67. della difeſa, colla teſtimonianza di trè Geſuiti di buona fede, che non erano preoccupati dall' impegno. Nulladimeno è d'uopo qui aggiungnere un ſolo fatto pubblico, per maggior conferma di quanto ivi ho detto, e per moſtrare con tutta chiarezza, che queſta credenza non ſolamente ſi profeſſa dal volgo, ma anco da' più virtuoſi dell' Impero, e dallo ſteſſo Imperatore. Nell' eſequie, che d' ordine dell' Imperatore medeſimo ſi fecero al Padre Adamo Sehaal Geſuita ſuo Matematico, tre anni dopo la di lui morte (non già all' uſanza de' Criſtiani per dar ſuffragio all' anima di lui; ma all' uſanza Gentile, per riparare appreſſo del pubblico il diſonore, che quel Padre avea ricevuto avanti la ſua morte) il tutto fù ordinato, e diſpoſto ſul ſiſtema di quella falſa credulità. Vi ſi fecero le ſolite ſplendidiſſime offerte avanti la tavoletta del udetto Padre, coll' iſcrizione ivi praticata: *Sedes ſpiritus Patris Joannis Adami Sebaal*: (degno Paradiſo meritamente dovuto non ſolo a quell' anima, ma a tutti ancora gli oſtinati Propugnatori de' Riti Cineſi.) Vi aggiunſero di più un belliſſimo Elogio funebre, in cui l' Imperatore parlava all' anima del Geſuita, e conchiudeva con dirli queſte preciſe parole, tradotte poi dal Cineſe in Latino dal Padre Antonio di Govea Geſuita, nel ſuo libro intitolato *Innocentia victrix* pag. 29. *& quando is es, qui etiam nunc percipias ſenſum animi mei, potes utique venire, & quæ offerimus, ſuſcipere*. Queſto ſentimento chiaramente prova, che lo ſteſſo Imperatore profeſſa queſta falſa credenza del ritorno dell' anime per ricevere l' offerte de' viventi, che i Geſuiti venuti dopo del Padre Govea, poco ſoddisfatti della di lui ſincerità, hanno giudicato aſſai conveniente il falſificare quell' ultime parole dell' Elogio funebre, col mettervi in cambio queſt' altre: *Et ut es intelligens, ideſt mei erga te animi conſcius, id tibi gratum acceptumque futurum confido*. Così il Geſuita Anonimo Autore del Libro intitolato, *Monumenta Sinica* pag. 240. Contuttociò quello, che prima di tutti ha ſcritto il Padre Govea ſi conſerva inalterato; e ſiccome evidentemente dà a conoſcere la falſa credenza de' Cineſi Letterati, e del loro Imperatore intorno all' anime de defonti, così convince di mala fede chi poi ha alterato, e corrotto l' Elogio ſopraccennato.

Non può negarſi, che 'l Pontefice Regnante, dopo aver condannato l' uſo delle tavolette, come veramente ſi pratica da' Cineſi, non abbia aggiunto, che ſi potrebbero tollerare, caſo che in

VII. Quærit, qui fieri poteſt, Jeſuitas adeo deſipuiſſe, ut contendere voluerint, ſuperſtitionem nullam inveniri in uſu Tabellarum Defunctorum, in quibus credunt Sinenſes, animas reſidere, ad excipiendas oblationes, & Sacrificia ſuorum? Quæſito facillime reſpondetur. Reverendi Patres nequaquam contendere auſi ſunt, Tabellarum uſum ſuperſtitioſum non eſſe, fatentes id a Sinenſibus credi (id enim immanis eſſet ſtultitia) ſed e contra negarunt, vel diſſimularunt, Sinenſes credulitatem illam profiteri, ut inde ſuis Neophytis uſum illum permitterent, tamquam innocentem, & ſuperſtitionis expertem. Qua in re mirum in modum emicuit Jeſuitæ Martinii ingenium, qui in expoſitione Alexandro VII. oblata de præfata credulitate de induſtria tacuit, ut fucum faceret Summo Pontifici, faciliuſque approbationem extorqueret. Verum, quam certum ſit, credulitatem eam apud Sinenſes obtinere, nempe Defunctorum animas in Tabellis illis reſidere, ſuorumque ſuperſtitum oblationes recipere, evidentiſſime oſtenſum eſt in Defenſione pag. 67. teſtimonio trium Jeſuitarum fide dignorum, qui partium ſtudio occupati non erant, Nihilo tamen minus, ut veritas magis eluceſcat, & luculentiſſime conſtet, præfatam credulitatem non ſolum vulgus, ſed & Literatos Sinenſes, immo & ipſummet Imperatorem profiteri, neceſſe eſt factum publicum & notorium ſuperaddere. In ſolemnibus exequiis, queis jubente Imperatote parentatum eſt Patri Adamo Sehaal Jeſuitæ ſuo olim Mathematico, tertio ab ejus obitu anno (non quidem more Chriſtianorum, ad procurandum ejus animæ ſuffragium, ſed more Ethnicorum, ad reparandam in oculis hominum ignominiam, quæ, antequam moreretur, inuſta ei fuerat) tota funebris cæremonia inſtructa fuit, & paracta ad amuſſim falſæ illius credulitatis. Conſuetæ copioſiſſimæ oblationes factæ fuere coram Patris Adami Tabella, hanc præſeferente uſitatam in iis regionibus inſcriptionem: *Sedes ſpiritus Patris Joannis Adami Sebaal* (Paradiſus jure merito debitus, non illi ſoli animæ, ſed univerſis obſtinatiſſimis Rituum Sinenſium Propugnatoribus) Additum inſuper fuit ornatiſſimum Epitaphium, in quo Imperator animam Jeſuitæ alloquebatur, hiſque verbis, (quæ a Sinico in Latinum idioma vertit Antonius Govea Jeſuita, ſuo in libro, cui titulus, *Innocentia victrix* pag. 29.) orationem claudebat: *Et quando is es, qui etiam nunc percipias ſenſum animi mei, potes utique venire, & quæ offerimus, ſuſcipere*. Quæ quidem verba adeo evidenter evincunt, ab ipſo quoque Imperatore credi, animas defunctorum in Tabellis reſidere, & oblationes ſuſcipere, ut Jeſuitæ, qui in Sinas poſt Patrem Goveam appulerunt, ingenuitatem ejus ægre ferentes, e re ſua eſſe exiſtimaverint, poſtrema memorati Epitaphii verba adulterare, & hæc apponere: *Et ut es intelligens, id eſt, mei erga te animi conſcius, id tibi gratum, acceptumque futurum confido*. Ita Jeſuita Anonymus Auctor libri, cui titulus, *Monumenta Sinica* pag. 240. Verumtamen quod primus omnium ſcripſit Govea, adſervatur genuinum & incorruptum.

Fatendum eſt, Pontificem Summum, poſtquam Tabellarum uſum ſecundum morem Sinenſium damnavit, ſubjunxiſſe, Tabellarum uſum tolerari poſſe, quoties in ipſis ſcriberentur dumtaxat nuda

eſſe vi foſſero ſolamente ſcritti li nomi puri, e ſemplici de' defonti, ſenza quella inſcrizione, *Thronus, ſeu ſedes ſpiritus, vel Animæ N. defuncti*, e ſenza quell' erronea opinione de' Cineſi; con mettere di più a canto delle medeſime una profeſſione di Fede, che dichiari coſa credono i Chriſtiani, intorno all'anime de' defonti; e qual ſpecie di pietà profeſſano verſo i loro maggiori. Queſto ripiego però dalla Santa Sede tollerato, non fu già o inventato, o poſto in opera da' Geſuiti; ma bensì da alcuni altri Miſſionarj, che s' appigliarono a queſto prudente partito; quando per lo contrario i Geſuiti cercavano mille ſottigliezze, per rinvenire un buon ſenſo alla ſolita inſcrizione, (che da Sua Santità vien proibita) per poterla permettere a' loro Neofiti.

Ed in vero non può dirſi abbaſtanza fin dove arrivi la ſottigliezza di quegli accortiſſimi Padri Miſſionarj, in ritrovando partiti, affine di permettere a loro Allievi, non ſolamente le più ſpaccate, ma eziandio le più ſporche, e più ſucide Idolatrie. Il Cardinal di Tournon ne ha ſcoperta una belliſſima nel ſuo viaggio della Cina, ne poſſo qui tralaſciarla a cagion della nauſea, che può recar' al Lettore, per non tacer quella gloria, che bensì meritano così ingegnoſi Inventori. Arrivata che fu quell' Eminenza a Ponticeri ſulla coſta di Coromandel, oſſervò che gli abitanti di quel Paeſe hanno in uſo d' adorare le Vacche, come ſe foſſero una ſpecie di divinità, e raccolgono a queſto fine con divotiſſima riverenza le fece di quegli animali; indi fatte ſeccare ne fan polvere; che diſciolta in certo liquore, ſi lavano con eſſa la faccia, per onorare in tal guiſa quelle ſuppoſte da loro divinità. Altri Miſſionarj men ſottili, e meno ſpiritoſi de' Geſuiti ſarebbero ſtati aſſai imbrogliati in tal caſo; voglio dire gl' Ignoranti, gl' Imprudenti, gli Scrupoloſi Domenicani non averebbero avuto cotal' ingegno di ritrovare sì bei ripieghi, per far tollerabile quella immondiſſima Idolatria ne' convertiti Coromandeſi. Ma gli trovarono aſſai di facile quei dottiſſimi, e indulgentiſſimi Padri Ignaziani, nel loro arrivo in quel paeſe; perchè giunti eſſi ſoli al ſommo del ſaper' ammaeſtrar tutte l'anime, ponno dirſi con tutta giuſtizia, coma diſſe l' Appoſtolo: *Omnibus omnia facti*; non però *ut Chriſtum lucri faciant*, ma per diſtruggerlo; quando per compatire alla debolezza di quei Infedeli, ritrovarono la maniera di ſantificare (mi ſi perdoni. che dico vero) per infino lo ſterco di Vacche, benedicendolo ſpolvarizzato con quella medeſima cerimonia, con cui vengono benedette le ceneri, delle quali ſi ſerve la Chieſa nel primo Mercordì di Quareſima; e così benedette, laſciavano poi in ſicura libertà quei miſeri convertiti di proſeguire le loro uſanze in quella fetida, e nauſeante ſuperſtizione. Tanto vedeſi regiſtrato nell' Iſtoria del viaggio del Cardinal di Tournon nella Cina, noviſſimamente ſtampata in Parigi ſotto il Titolo di *Memoires pour Rome, ſur l' eſtat de la Religion Chretiene dans la Chine*. Ne altro mi occorre riſpondere, che quelle parole di S. Agoſtino: *pudet me iſta refellere, cum vos non pudeat iſta ſentire*.

VIII. Replica l' autor delle contranote la ſolita canzone della dichiarazione dell' Imperator della Cina, ſovra quelle parole *Cœlum colito*, con aggiungere, che quel Monarca è bensì Gentile, ma non Idolatra, ne Ateiſta, e che ſotto il nome del Cielo adora il Dio del Cielo. Non mi par neceſſario riſpondere coſa alcuna, per ribattere queſte due ridicoloſiſſime favole; ſtante che ſono già da me pienamente convinte di falſità di ſopra ove ho provato con tutta cer-

& ſimplicia defunctorum nomina, abſque illa inſcriptione, *Thronus, ſeu Sedes Spiritus, vel Animæ N. Defuncti*, & abſque erronea illa Sinenſium opinione; & quoties prope ipſas Tabellas apponeretur Profeſſio Fidei, quæ declaret, quid credant Chriſtiani de animabus defunctorum; & quod pietatis genus erga ſuos Progenitores profiteantur. Hoc temperamentum tamen ab Apoſtolica Sede toleratum, adinventum non fuit, nec executioni mandatum a Jeſuitis; ſed a nonnullis aliis Miſſionariis, qui illi ſe accommodarunt: Jeſuitæ e contra ſpeculabantur, cavillabantur, nihil intentatum relinquebant, ut prædictam inſcriptionem a S. Sede damnatam ad bonum ſenſum detorqurrent, eamque ſuis Neophytis permitterent.

Sane explicari haud poteſt, quanta ſit ſagaciſſimorum Jeſuitarum ſubtilitas in adinvenienda ratione, qua alumnis ſuis permittere poſſint, nedum manifeſtiſſimam, verum etiam ſpurciſſimas Idolatrias. Harum unam in Sinico ſuo itinere deprehendit Cardinalis Tournonius, quam, etſi ſtomachum moveat Lectori, præterire haud debeo, ne ingenioſiſſimos ejus Inventores ea, quam jure merito ſibi vendicant, gloria defraudem. Ponticherium in ora Coromandel delatus Tournonius, obſervavit, apud regionis illius incolas in more poſitum eſſe adorare vaccas, ac ſi quid divinum in eis eſſet: & hac de cauſa ſumma cum reverentia earum ſtercora colligere; mox exſiccata in pulverem redigere; deinde eo pulvere aqua diluto, faciem ſibi lavare, tali honorantes cæremonia fictitias eorum animalium divinitates. Cæteris Miſſionariis ea ſubtilitate, & ingenii vivacitate, qua pollent Jeſuitæ, haud præditis res hujuſmodi maximum negotium faceſſiſſet; nimirum Ignari, Imprudentes, Scrupuloſi Dominicani modum adinvenire nequiviſſent, quo Neophytis Coromandenſibus tolerabilem & licitam efficerent immundiſſimam illam Idololatriam. Facillime tamen modum adinvenerunt doctiſſimi, ſagaciſſimi, & indulgentiſſimi Lojolitæ, ſtatim ac illam regionem appulerunt. Ipſi enim ſoli ſcientiam erudiendarum & dirigendarum animarum apprime callentes, jure dici poſſunt, quemadmodum de ſe affirmavit Apoſtolus: *Omnibus omnia facti*; non tamen *ut Chriſtum lucrifaciant*, ſed ut Chriſtum deſtruant. Quandoquidem, ut eorum Infidelium fragilitati & ignorantiæ morem gererent, modum adinvenerunt ſanctificandi (ſit verbo venia, veritatem enim dico) vel ipſum ſtercus vaccinum; illud enim in pulverem reductum benedicebant, eodem ſane modo, quo Eccleſia benedicit cineres in capite Jejunii Quadrageſimalis; ſicque miſeris Neophytis tutiſſimam permittebant libertatem, ut in fætenti illa & nauſeoſa ſuperſtitione perſeverarent. Hujuſce rei veritatem videre eſt in Itinerario Sinico Cardinalis Tournonii, noviſſime Lutetiæ Pariſiorum in lucem edito, cui titulus *Memories pour Rome, ſur l' eſtat de la Religion Chretiene dans la Chine*. Neque quidpiam aliud reponere neceſſe eſt, niſi verba D. Auguſtini: *pudet me iſta refellere, cum vos non pudeat iſta ſentire*.

VIII. Eadem crambem recoquit Auctor Notarum in Notas, declarationem nimirum Imperatoris Sinarum in illa verba *Cœlum colito*, ſubditque, Principem illum eſſe quidem Ethnicum, minime vero Idololatram, vel Atheiſtam, & Cœli nomine Deum Cœli ab eo adorari. Actum agerem, ſi ridiculas haſce fabellas iterum explodendas aſſumerem; id enim ſatis ſuperque præſtitum eſt ſupra ubi luculentiſſime oſtendi, Sinenſes Literatos adorare Cœlum materiale & viſibile,

certezza, che i Cineſi della ſetta de' Letterati adorano il Cielo materiale e viſibile, e che l' Imperatore lor capo offeriſce al medeſimo ſolenniſſimi ſagrificj in tempi a ciò ſpecialmente deſtinati.

IX. Inſinua nel cuore de' ſemplici, che i Geſuiti per toglier l' equivoco della tavoletta *Cœlum colito*, v' abbiano aggiunto queſta ſpiegazione *dominum Cœli adora*. (a) Ardita menzogna; palpabile falſità! Fu queſto bensì un ſavio ripiego preſo da qualcheduno de' Miſſionarj Domenicani, ma non già da' Geſuiti; come ſi vede nelle ſcritture da queſti preſentate nel decorſo di queſta cauſa, e maggiormente nelle quattro dell' anno 1699. La prima co'l titolo di *Notizie intorno all' uſo delle voci Cineſi TIEN, Cœlum, & XANG TI, alti dominus*. La ſeconda co'l titolo di *Notizie circa l' uſo delle tabelle, colle parole Cineſi KING TIEN, Cœlum colito*. La terza co'l titolo di *Riſtretto delle notizie circa l' uſo delle voci Cineſi*. La quarta co'l titolo di *Breve riſtretto delle notizie già dedotte circa l' uſo delle tabelle, con le parole KING TIEN, Cœlum colito*: nelle quali difendono coſtantemente l' uſo di dette tavolette coll' accennata ſolita inſcrizione *Cœlum colito*, ſenza il temperamento d' alcuna ſpiegazione; anzi con pretendere, che non vi ſia alcuna neceſſità di ſpiegarle. Ond' è una gran ſciocchezza il dire (per iſcuſare i Padri Geſuiti d' eſſere ſtati in ciò condannati) che il Legato Appoſtolico non ha diffinito, che l' equivoco di quella iſcrizione non ſia ſtato ſufficientemente levato per la dichiarazione dell' Imperatore, e per il commento aggiuntovi da' Geſuiti mentre baſta, che abbia condannato l' uſo di quelle tavolette, ſenza aver' avuto riguardo a sì fatte dichiarazioni Imperiali, che nulla giovano, come ancor s' è provato, ne alla preteſa interpretazione de' Geſuiti, la quale non già da loro, ma bensì da qualche altro a lor noto fu ivi poſta.

X. Rimette in campo il Decreto d' Aleſſandro VII. con aggiugnervi, che non ſia ſtato carpito con inganno dal Geſuita Martinio. Su queſto altro punto non è acconcio il dir' altro al preſente, oltre quello è ſtato già detto diffuſamente di ſopra ove rimane con evidenza convinto il Martinio d' avere con frode eſpoſti alla Santa Sede i Riti, co' quali i Cineſi onorano i loro Antenati, ed il loro Maeſtro Confuſio.

Vero è, che il Regnante Pontefice, o ſia la Congregazione de' Cardinali approvata da Sua Suantità, non ha voluto eſpreſſamente dichiarare, che l' eſpoſizione fatta da quel Geſuita ad Aleſſandro VII. foſſe infedele: Non deve però o l' Autore del mezzo foglio, o qualunque altro immaginarſi, che il Papa abbia ciò laſciato di dichiarare, perchè non vi ſiano argomenti convincentiſſimi delle infedeltà del Martinio, eſſendovene molti da noi con tutto fondamento dedotti nel ſopraccennato luogo. La ragione della tralaſciata dichiarazione viene eſpreſſamente aſſegnata dalla Congregazione con queſte parole: *Ne alias Apoſtolica Sedes, ab eo quem in hujuſmodi controverſiis Sinicis, hactenus tenuit, antiquo more recedere cogatur; quo nimirum ad ea, quæ ſibi pro tempore, tametſi diverſimode expoſita fuerunt, reſponſa quidem veritatis ſemper dare, nunquam vero ſuper expoſitorum hujuſmodi veritate, ſeu falſitate pronunciare conſuevit*. Ma ciò che importa? Quello, che non ha dichiarato la Santa Sede, per non diſcoſtarſi dal ſuo precedente uſo, l' ha dichia-

(a) *Apologia de' Miſſionarj Domenicani c. 6.*

le, eique Imperatorem ipſum ſtatis anni temporibus ſolemniſſima ſacrificia offerre.

IX. Simplicibus & rudibus ſuadere conatur, Jeſuitas ad tollendam æquivocationem Tabellæ *Cœlum colito*, hanc explicationem addidiſſe, *Dominum Cœli adora*. Aſt fallit, & mentitur. Explicationem hanc prudenter adinvenerunt nonnulli Miſſionarii Dominicani, neutiquam vero Jeſuitæ; prout videre eſt in Scripturis, quas iſti in progreſſu hujuſce cauſæ præſentarunt, præſertim in illis quatuor anni 1699. Quarum prima præfert hunc titulum *Notitiæ circa uſum vocum Sinicarum TIEN, Cœlum, & XANG TI, alti Dominus*: Secunda, *Notitiæ circa uſum Tabellarum cum Verbis Sinicis, KING TIEN, Cœlum colito*: Tertia, *Compendium notitiarum circa uſum vocum Sinicarum*: Quarta, *Breve compendium notitiarum circa uſum Tabellarum, cum verbis KING TIEN, Cœlum colito*: in quibus pertinaciſſime defendunt præfatarum Tabellarum uſum cum inſcriptione *Cœlum colito* abſque cujuſvis explicationis modificatione; quinimo contendunt, nullam eſſe explicationis neceſſitatem. Quaoropter ſtultiſſime aſſeritur (ad excuſandos Patres Jeſuitas, ne quis credat eos hac in re fuiſſe damnatos) Legatum Apoſtolicum non definiviſſe, præfatæ inſcriptionis æquivocationem non fuiſſe ſufficienter ſublatam propter Imperatoris declarationem, & propter Commentum a Jeſuitis ſuperadditum; quandoquidem ſatis eſt, quod illarum Tabellarum uſum condemnaverit, nulla habita ratione tum Declarationum Imperialium, quæ nihil ad rem faciunt, ut jam oſtenſum eſt, tum prætenſæ Jeſuitarum interpretationis, quæ non ab ipſis, ſed ab aliis Miſſionariis fuit oppoſita.

X. Regerit iterum Decretum Alexandri VII. additque, dolo malo exortum non fuiſſe a Jeſuita Martinio. Hac de re prolixe egimus ſupra & evidentiſſime demonſtravimus, Martinium doloſe & fraudulenter Apoſtolicæ Sedi expoſuiſſe Ritus, queis Sinenſes Confuſium, ſuoſque Majores honorant.

Verum quidem eſt, Summum Pontificem, ſive Sacram Cardinalium Congregationem a Pontifice approbatam, noluiſſe expreſſe declarare, expoſitionem a Martinio exhibitam Alexandro VII. fuiſſe falſam, & fraudolentam: perperam tamen Auctor Notarum in Notas hinc infert, declarationem in Summo Pontifice ideo omiſſam fuiſſe, eo quod argumenta deeſſent, quæ Martinium infidelitatis arguerent, cum plurima ſuppetant, quæ memorato in loco graviſſimis innixi fundamentis produximus. Cur declaratio omiſſa fuerit, rationem aſſignat Sacra Congregatio hiſce verbis: *Ne alias Apoſtolica Sedes ab eo, quem in hujuſmodi controverſiis Sinicis hactenus tenuit, antiquo more recedere cogatur; quo nimirum ad ea, quæ ſibi pro tempore, tametſi diverſimode expoſita fuerunt, reſponſa quidem veritatis ſemper dare, numquam vero ſuper expoſitorum hujuſmodi veritate, ſeu falſitate pronunciare conſuevit*. Sed hoc quid refert? Quod Apoſtolica Sedes non declaravit, ne ab antiquo more recederet, declaravit indirecte ipſius Legatus Cardinalis Tournonius, decernens pro ea, quam

chiarato indirettamente il di Lei Legato Cardinale di Tournon, ordinando in vigore della facoltà comunicatali da Sua Beatitudine d' interpretare le coſtituzioni Pontificie, che niuno poſſa rendere inutile il ſuo Decreto, o interpretarlo, ſotto preteſto del Decreto d' Aleſſandro VII. Queſto ſenza dubbio feriſce l' eſpoſizione del Martinio; mentre ſi ſa per eſperienza, e per quaſi tutte le ſcritture prodotte da' Geſuiti nel decorſo di queſta cauſa, che non per altro quei buoni Padri ſi ſono prevalſi del Decreto d' Aleſſandro VII. per togliere il vigore a tutti gl' altri, ſe non perchè ſuppongono la verità di ciò, che eſpoſe il Martinio, ſu cui fui dato. Ne potea il Legato in qualſivoglia forma temere, che qualcheduno levaſſe la forza al ſuo Decreto co'l preteſto di quello d' Aleſſandro VII. per ragione della pura deciſione del jus, preſcindendo dalla verità de' fatti propoſti; giacchè quello ch' egli decideva non avea alcuna oppoſizione colla pura deciſione del jus fatta da quel ſommo Pontefice, ma ſolamente ſupponeva la falſità de' fatti propoſti dal Martinio.

Tuttociò ha molto ben' inteſo lo ſtrepitoſo Autore delle Rifleſſioni, ed ha molto ben conoſciuto, che il Legato ha condannato i queſiti propoſti del Geſuita Martinio: mentre ſi duole colle ſue ſolite ſtravaganze che abbia approvato tutto l' eſpoſto contrario fatto prima ad Innocenzo X. dal Domenicano Moralez: *Troppo importava*, grida egli per ironia nella Rifleſſione 8. *alla Criſtianità, che il Moralez non ſi foſſe ingannato, ma in vece ſua aveſſe preſo sbaglio Aleſſandro VII.* Ora qui non v'è mezzo: Chi approva per vero ciò, che eſpoſe il Padre Moralez ad Innocenzo X. condanna per falſo ciò, che eſpoſe il Padre Martinio ad Aleſſandro VII. L' intendevano pur' anco i ſuperiori Maggiori della Compagnia, quali tanto s' affaticavano in Roma, per far rivocare, ſe lor ſortiva, il Decreto del Legato Tournon: giacchè la maggior accuſa, di cui ſi ſervivano, ſi era d' aver egli deciſo intorno al decreto d' Aleſſandro VII. ed all' eſpoſizione del Martinio quello, che la Santa Sede non ha voluto decidere.

Non pretendo però, che dopo la dichiarazione fatta da quel Miniſtro Appoſtolico, non ſi debba aver più alcun riguardo al Decreto d' Aleſſandro VII. e che debba aſſolutamente eſſer conſiderato in tutto per ſurrettizio. Sarebbe queſta una malizioſa calunnia che verrebbe ingiuſtamente addoſſata all' Autor delle Note, ſenza un menomo fondamento. Diſtinguo bensì nel Decreto di detto Pontefice due coſe; cioè i fatti propoſti dal Geſuita Martinio, e la deciſione del jus intorno alli ſteſſi fatti: e ſono di riſoluto parere, che ſe bene la deciſione del jus è certiſſima, coſtante, ed inalterabile, quale deve ſervire di regola, ogni qual volta ſimili fatti veniſſero poſti in opera; non può al preſente ſervire di regola per quello veramente sì coſtuma da' Cineſi: Imperocchè così non ſi pratica nella Cina, come fu propoſto dal Geſuita.

Sono ben all' oppoſto molto colpevoli quei oſtinati difenſori de' Riti già condannati, quali ad ogni momento richiamano il Decreto d' Aleſſandro VII. formato ſopra una eſpoſizione tante volte convinta di falſità, perchè li diede una tal quale menzione di quello d' Innocenzo X. che li condannò fin dall' anno 1643. ſopra l' eſpoſizione fattali dal Domenicano Moralez, quale finalmente dopo un' eſame rigoroſiſſimo ſi è ritrovata veriſſima: quaſichè non foſſe Innocenzio X. nel numero de' Sommi Pontefici, o non aveſſe avuta l' iſteſſa autorità d' Aleſſandro. E molto più colpevoli ſono quelli, che ad altro fine non rivangano il decantato Decreto di quel già defonto Pontefice, che per ſcreditare, e vilipendere quello di Clemente Regnante. O qui sì eſclamarebbe un' altra volta con ſdegno il Zelante Girolamo, ſiccome ſgridò con molto ſentimento Rufino, colpevole d' una ſimile sfacciataggine: (*a*) *Pontificis in Domino dormientis profers ſententiam, & viventis poſtea Pontificis dicta contemnis.*

quam Summus Pontifex ipſi contulerat Pontificias Conſtitutiones interpretandi poteſtate, ut nemini Decretum ſuum irritare aut interpretari, liceat, prætextu Decreti Alexandri VII. Quæ quidem declaratio totam Martinii expoſitionem evertit; cum certo conſtet & ab experientia, & ab omnibus fere Scripturis, quas in progreſſu hujuſce cauſæ protulerunt Jeſuitæ, non alia de cauſa religioſiſſimos Patres Alexandri VII. Decreto ſe defendiſſe ad infirmanda quæcumque alia Decreta, niſi quia veracem prædicant Martinii expoſitionem, in cujus gratiam Alexander VII. ſuum edidit Decretum. Neque metuendum erat Legato, ne quis Decretum ſuum irritaret prætextu Decreti Alexandrini propter meram juris deciſionem, præſcindendo a veritate facti, quod expoſitum fuerat; quod enim ipſe decidebat, nullimo de Pontificiæ juris deciſioni adverſabatur, ſed tantummodo falſitatem factorum ſupponebat, quæ Martinius expoſuerat.

Veritatem hanc intellexit Animadverſionum Auctor, ſenſitque, quæſita a Martinio propoſita ab Apoſtolico Legato fuiſſe damnata: pro more enim ſuo lamentatur, quod Legatus judicio ſuo approbarit contrariam expoſitionem, quam olim Innocentio X. obtulerat Dominicanus Moralez: *Multum*, ironice clamat ille Animadv. 8. *Chriſtianæ Reipublicæ intererat, ut non Moralez, ſed Alexander VII. erraſſe videretur.* Porro nullum hic eſt effugium. Qui ut verum probat, quod Moralez Innocentio X. expoſuit, damnat ut falſum, quod expoſuit Alexandro VII. Martinius. Intellexerant id Præpoſiti Majores Societatis, qui in Urbe omnem lapidem movebant, ut Legati Tournonii Decretum, ſi res pro voto illis ceſſiſſet, revocaretur: caput enim eorum expoſtulationis erat, quod Legatus circa Alexandi VII. Decretum, & Martinii expoſitionem id decidere auſus eſſet, quod Apoſtolica Sedes decidere noluerat.

Nemo tamen aſſerere audeat, poſt declarationem Apoſtolici illius Miniſtri, pro nihilo habendum eſſe Alexandri VII. Decretum, ipſumque abſolute conſiderandum omni ex parte ſubreptitium. Immanis hæc eſſet calumnia, quæ inique & abſque ulla cauſa Notarum Auctori impingeretur. Duo nihilominus in laudato Alexandrino Decreto ſunt diſtinguenda, nimirum facta a Martinio expoſita, & circa eadem facta juris deciſio; ideoque in hac ſum ſententia, ut licet juris deciſio certiſſima ſit, conſtans, & immutabilis debeatque conſiderari ut regula, quoties de factis conſimilibus agetur; impræſentiarum tamen regula eſſe non poteſt pro conſuetudine, quæ apud Sinenſes obtinet: apud ipſos enim conſuetudo longe diverſa eſt ab ea, quam Martinius propoſuit.

E contra plurimum ſane culpandi ſunt obſtinatiſſimi illi Rituum jam damnatorum Defenſores, qui indeſinenter obtrudunt Alexandri VII. Decretum, per falſi expoſitionem, ut jam vidimus, obtentum; neque alia mente jam defuncti Pontificis Decretum obtrudunt, niſi ut aliud viventis Pontificis Clementis Decretum traducant, & pro nihilo habeant. Contra quos clamaret utique, ſi in vivis eſſet, zelantiſſimus Hieronymus, quemadmodum magna animi contentione clamavit contra Ruffinum, haud diſſimilis impudentiæ reum: ***Pontificis in Domino dormientis profers ſententiam;*** *& viventis poſtea Pontificis dicta contemnis.*

Ecco affatto ſnervati tutti i deboli sforzi dell' Autore del mezzo foglio contro le poſtile o ſiano le Note aggiunte da un Privato al decreto del Cardinal di Tournon. Ecco pienamente convinti d' ignoranza, e di ſciocchezza tutti i falſi ſuppoſti da lui inventati, e dipinti per isfuggire la forza d' una condanna così preciſa, e così chiara. Nient' altro richiedeſi per atterrare tutte l' impertinenti conſeguenze, che egli deduce da tante ſue falſe ſuppoſizioni, giacchè diſtrutto il fondamento rovina da per sè ſteſſo tutto ciò, che fu ſopra di eſſo fondato.

Cade dunque come in tutto inſuffiſtente quella conſeguenza tante volte replicata, ed in tanti modi rinovata, che il Decreto d' Aleſſandro VII. ſia favorevole a' Riti Cineſi, quali veramente s' eſercitano da quella gente; mentre ſi è già veduto con certezza, che i fatti eſpoſti dal Geſuita Martinio, che diedero motivo al ſudetto Pontefice di decidere il jus, non ſono per verità tali, quali vengono da' Cineſi praticati. E quantunque il Pontefice regnante non abbia eſpreſſamente dichiarata la falſità dell' eſpoſizione già detta, che in quel tempo fu fatta, per non iſcoſtarſi dall' uſo ſino ad ora oſſervato nella preſente controverſia, ha però communicato al ſuo Vicario la poteſtà di pronunciare ſopra di ciò; e queſto in vigore della facoltà conceſſali ha in realtà pronunciato.

Cade parimente quell' altra molto più impertinente, e non meno decantata conſeguenza; che il Decreto del Pontefice regnante ſia deciſivo a favore dell' opinione de' Geſuiti, perſuadendoſi, che approvi 'l Decreto d' Aleſſandro VII. Ecco ne in pronto la ragione: Imperocchè nel Decreto di Clemente XI. ne meno una parola ſi legge, che accenni l' approvazione del Decreto di quel ſuo Predeceſſore. E come mai Sua Santità avrebbe deciſa queſta gran Lite, con approvare il Decreto d' Aleſſandro VII. mentre queſto, ſecondo ſi è veduto di ſopra non parla ne meno di paſſaggio della maggior parte de' punti ultimamente controverſi? Aggiungaſi divantagio, che ſe l' aveſſe approvato, ciò non ſarebbe mai, che pel jus intorno a' fatti allora con frode propoſti, e non pel jus intorno a' fatti, quali adeſſo ſi è provato veramente praticarſi; cioè molto diverſi dagl' eſpoſti dal Geſuita Martinio. Ciò già ſi è poſto in chiaro, colle dimoſtrazioni fondate non ſolo nell' autorità de' Rituali Cineſi, ma eziandio nelle teſtimonianze di più di venti Geſuiti di buona fede, avanti che ſi foſſero così mal' impegnati in ſoſtener queſta cauſa.

Ne ad altro che alla debolezza d' un principiante, ed all' ignoranza d' un' Uomo totalmente novizio in queſte materie, può attribuirſi quello, che per iſcuſare il Geſuita Martinio, viene ſoggiunto: (*b*) *Che ſe bene queſta gran cauſa, che ha durato più d' ottant' anni, s' è finita quanto al jus, non è però ne meno principiata quanto al fatto . . . . . . e che la verità di ciò, che eſpoſe il Mar-*

En proſtratos omnino irritos Auctoris Notarum in Notas conatus, & detectas falſas ineptaſque ſuppoſitiones, queis evidentis & diſtinctæ damnationis invidiam a ſuis amoliri tentavit. Neque pluribus opus eſt, ad evertenda omnia abſurda conſectaria, quæ ex falſis ſuis ſuppoſitionibus deducit: deſtructo enim fundamento, ruat neceſſe eſt quidquid fuit ſuperedificatum.

Ruit itaque conſequentia illa, toties uſque ad nauſeam repetita, nimirum, Alexandri VII. Decretum Ritibus Sinenſibus, qui ab illis populis exercentur, favere; quandoquidem evidentiſſime demonſtratum eſt; facta, quæ Jeſuita Martinius expoſuit, quæque laudatum Pontificem moverunt, ut jus decideret, reapſe non eſſe ejuſmodi ac illa, quæ apud Sinenſes in more ſunt, ſed longe diverſa ac diſſimilia. Et quamvis Clemens XI. expreſſe non declaraverit, falſam fuiſſe Martinii expoſitionem, ne a more recederet, qui hactenus in præſenti controverſia fuerat ſervatus, ſuo tamen Legato poteſtatem fecit, ut hac de re ſuum ferret Judicium: ſuumque revera judicium, pro ea qua fungebatur poteſtate tulit Legatus.

Ruit item illa alia multo petulantior, & audacius pervulgata conſequentia, videlicet, Clementis XI. Decretum, definiviſſe in favorem opinionis Jeſuitarum, & eſſe approbativum Decreti Alexandri VII. Quam abſurda & falſa ſit hæc conſequentia, per ſe patet. In Decreto Clementis XI. neque unum verbum legitur quo Prædeceſſoris ſui Decretum approbet, aut confirmet Quomodo enim controverſiam hanc finiſſet, Alexandri VII. Decretum approbando, cum Decretum illud, ut vidimus ſupra, neque obiter agat de plurimis capitibus, quæ noviſſime in controverſiam fuere vocata? Addendum inſuper, quod ſi Clemens XI. Decretum Alexandri approbaſſet, approbaſſet ſolum quoad jus ſuper factis, quæ fraudulenter fuere expoſita, minime quoad jus ſuper factis, quæ modo oſtenſum eſt, revera eſſe in uſu; ideſt, longe diverſa ab iis, quæ Martinius expoſuit. Quæ omnia comprobata ſunt & auctoritate Ritualium Sinenſium, & teſtimonio viginti & amplius Jeſuitarum.

Porro hominis imperitiæ tribuendum eſt, quod ad excuſandum Martinium ſubjungit: *Licet magna hæc controverſia, quæ octoginta & amplius annos agitata eſt, finita ſit quoad jus, nondum tamen inchoata eſt quoad factum . . . . . Et veritas eorum, quæ Martinius expoſuit, innumeris comprobatur Scripturis, quæ poſt Decretum anni 1704. fuere productæ.* Ita ne vero? Ergo neque inchoata eſt quoad

(a) *Lib. 3. con. Ruf.*

(b) *Falſa Cronologia. La Lite principiò nell' Anno 635. e così ſin adeſſo ſono ſolamente 74. anni.*